

Q.N. 534,42

B. h



X1859923

JESUS!

\* \* \*

M. THEOPHILI PISTORI

ORNITHOLOGA-  
MELION,  
NOTIS MARGINALIBUS.

JO. FRIDERICO HEKELIO  
ILLUSTRATUM.

---

DRESDAE

Editoris Sumtib. EXC. CHRISTOPH. BAUMANNUS,  
A. CHR. M. DC. LXXIIX.







Ad  
LECTOREM BENEVOLUM.

POëMA hocce, quod M. THEOPHILUS PISTO-  
RIUS, Joachimo-Vallensis, Poëta Ebraeo-Laureatus &  
Philologus praestantissimus, ALTEBURGI A<sup>o</sup>. decurren-  
tis hujus seculi XXVII<sup>m</sup>o ap. JOANNEM MEUSCH-  
KIUM in 8v. form. excudi curavit, & Per-Illustri ac  
Generosissimo DOMINO, DN. JOANNI-HEINRICO,  
Lib. Baroni à Schoenburg, humiliter inscripsit, Notulis  
uberioribus illustrare potuissemus, nî Aveis nonnul-  
las, ACCIPITREM nempè, ALAUDAM, ALCEDI-  
NEM, ANSEREM, AQVILAM, AVEM PARADISI-  
ACAM, CICONIAM, COLUMBAM, CORNICEM,  
CORVUM, COTURNICEM, CUCULUM, CY-  
GNUM, FALCONEM, GALLUM, GRUEM, HI-  
RUNDINEM, MONEDULAM, OTIDEM, PASSE-  
REM, PAVONEM, PERDICEM, PHASIANUM, PHI-  
LOMELAM, PHOENICEM, PSITTACUM, TUR-  
DUM, VESPERTILIONEM, UPUPAM ac VUL-  
TUREM, sub ADMIRANDORUM AVIUM QV ARUN-  
DAM Nomine aliquandò, cum DEO, luci sistere publicae

X 2

in



in animô haberemus. Multa enim ex *Autoribus Clasficis*,  
cùm *Graecis*, tùm *Latinis*, immò ex diversis diversarum  
Regionum, utriusq; *Indiae* quoq; *Itinerariis* haçtenùs  
collegimus, quae neq; *Conradus Gesnerus*, neq; *Ulysses*  
*Aldrovandus*, neq; *Samuël Bochartus* alioquin observa-  
vêre. Neq; sumus dubii, quin aliquandò existat quis,  
qui in praedictum *Opus*, cum *AVILUM Iconibus* excuden-  
dum, lubenter sumtùs impenderit; praesertim quùm in  
*Eò* non pauca reperienda, quae non solum *Physi-*  
*ces*, sed & *Theologiae* atq; *Politices Consecraneis* nequa-  
quam erunt ingrata. Vale quàm bellissimè, &  
conamen nostrum contra Malevolorum  
insultùs defende.



JESUS!



JESUS!

\* \* \*

THEOPHILI PISTORII

ORNITHOGAMELION,  
NOTIS HEKELIANIS  
ILLUSTRATUM.

**P**urpureas <sup>a)</sup> *Aurora* <sup>β)</sup> faces, roseumq; <sup>γ)</sup> decorem <sup>a)</sup> Heic  
Manè ostentârat, Vere favente novô. <sup>ε)</sup> in v. seq.  
Cùm quaevis arbor rursus procedit in albis elegantissi-  
Vestibus, atq; novô pingit honore comas, <sup>δ)</sup> mè descri-  
5. Ad *Vatum* Sylvam, mihi mens dictavit, ut irem, bitur sum-  
Annuit ipse Polus cum viridante solô. mum Ma-  
Ocyùs ipse etiam subii *Teumesia Tempe*, <sup>ε)</sup> ne, quod  
*Tempe* non cuivis conspicienda viro. ap. Flav.  
Pro quibus haud cupiam *Phtbiotica* cernere *Tempe*, Crescon.  
10. Non aureum *Hesperidum*, <sup>δ)</sup> *Thessalidum*ve nemus. Corippum  
*Laudib.* Justinii Augusti Min. v. 1. his verbis est expressum: Roscida purpu- Africanum  
*reos* *Aurora* ostenderat ortûs. Conf. Jo. Jov. Pontani Lib. 1. Uran. v. 333. Lib. 2. de  
seq. & Lib. 3. v. 2. seq. Alioquin vox PURPUREUS tribuitur etiam Veri ap. Tit. *Lib. 2. de*  
*Vespa.* Strozam Pat. Lib. 1. Erotic. Eleg. 2. v. 11. Floribus ap. eund. ib. Eleg. 3. *Laudib.*  
v. 29. & Lib. 2. Eleg. 12. v. 30. In specie autem Rosae, it. apud Strozam Lib. 1. *Justini Augusti Min.*  
loc. cit. Eleg. 3. v. 12. & in Meletem. nostrò, eòq; Cunis CHRISTI sacratò, v. *reos* *Aurora* ostenderat ortûs. Conf. Jo. Jov. Pontani Lib. 1. Uran. v. 333.  
33. nec-non Hyacintho ap. M. Hier. Vidam Cremon. Hymnò II. DEI Filio sa- seq. & Lib. 3. v. 2. seq. Alioquin vox PURPUREUS tribuitur etiam Veri ap. Tit.  
crò, v. 171. Porro Mari apud Sophoclem in Ajace Flagellif. v. 352. si aliter *Vespa.* Strozam Pat. Lib. 1. Erotic. Eleg. 2. v. 11. Floribus ap. eund. ib. Eleg. 3.  
Vitus Winshemius horum verborum: Φοινίας τὸ ζάλης: optumus est, ut v. 29. & Lib. 2. Eleg. 12. v. 30. In specie autem Rosae, it. apud Strozam Lib. 1.  
quidem est, interpret, nec-non Sanguini, praepimis ex Gasp. Stiblini mente *loc. cit.* Eleg. 3. v. 12. & in Meletem. nostrò, eòq; Cunis CHRISTI sacratò, v.  
in Interpret. v. 53. Act. III. Hecab. Eurip. ubi Talthybius ex ore Parentis sui 33. nec-non Hyacintho ap. M. Hier. Vidam Cremon. Hymnò II. DEI Filio sa-  
ad Hecab. ita: Veni, ut bibas purpureum, seu, ut Dorotheus Camillus vertit crò, v. 171. Porro Mari apud Sophoclem in Ajace Flagellif. v. 352. si aliter  
propriissime, nigrum, (μέλαν κόρης ἀκραιφνὲς αἷμα) & illibatum Veneris san- Vitus Winshemius horum verborum: Φοινίας τὸ ζάλης: optumus est, ut  
gvinem. Immò & ipsi Animae, ut ap. Virgil. Lib. 9. Aen. v. 349. Sed Cri- quidem est, interpret, nec-non Sanguini, praepimis ex Gasp. Stiblini mente  
nis purpureus idem est, ac praestantissimus, apud praedict. Pontanum in in Interpret. v. 53. Act. III. Hecab. Eurip. ubi Talthybius ex ore Parentis sui  
Me-

A

Me-



Melisedo v. 62. Quapropter Corippus Lib. 1. loc. cit. inter alia Pietati attribuit Comas purpureas v. 35. Sic medium Genarum Leucippes fuisse quoque purpureum, testatur Clitiphon ap. Achillem Tatium Lib. 1. Ερωτικῶν p. 17. Et scribit Jo. Secundus Epigr. 31. v. 21. seq. quod niveas Genas Neaerae color purpureus tinxerit. Inde Pudor ipse haud inconcinne dicitur purpureus ap. Stroz. Patr. Lib. 4. Aeolost. Carm. 5. v. 118. Et praenominatum Secundum Bas. 20. v. 105. Immo Phrynichus apud Athenaeum Lib. 13. Deipnosoph. p. 604. Edition. Dalechamp. in purpureis Genis (Ἰπὶ πορφύρεαις κνησίσι) amoris splendere lucem confirmat. Vestibus autem purpureis praeter nostrum morem atque consuetudinem olim Luctus signa fuisse, inde colligendum est, quoniam Bion Smyrnaeus Idyll. 1. v. 3. Venerem ob tenerrimi Adonidis mortem purpureis in Vestibus dormisse, immo ipsum Adonidem in similibus (ἐν ἑμάσι πορφύρεοισιν) extinctum recubasse, loc. cit. v. 79. differit. Leg. Virgil. Lib. 6. Aen. v. 221. Nec praetereundum, quod purpureum Peplum antiquis olim loco instrumenti Optici fuisse videatur. Sic enim fatur Phryx ille ap. Euripid. in Oreste Act. V. v. 86. E purpureis Peplis (ἀμφὶ πορφύρεων Πέπλων) cruentas clades vidi in domo regia per tenebras.

β) Aurora, Euripidi in Hippol. Act. II. v. 189. ἡ καλλιφρύνης, i. e. formosa, appellata, à Jo. Secundo Lib. Sylvar. Carm. 3. v. 34. seqq. Nuncia Phoebi vecta coruscis quadrigis aptissime vocatur; ast Joanni Ovveno Lib. 3. Epigr. 135. finis noctis atque origo diei audit. Ideoque illam Sole priorem optime esse conditam, idem Ovvenus Lib. 1. Epigr. 81. haud incertus testis est. Quoniam autem ea minimo momento temporis durat, vitae brevitatis nostrae Symbolum esse Maximil. Sandaeus Symbol. X. Vitae Humanae p. 25. probat.

γ) Roseum quid proprie sit, et quibus de rebus dici possit, in Commentatiunculâ Mythologico-Philol. nostrâ ad P. Virgil. Mar. Vitae, à Mich. Barthiò eximie descriptae, v. 98. p. 22. non ita pridem dictum est. Nunc addimus, quod Lucifer ob pulcritudinem à Vidâ loc. sup. dict. v. 36. appelletur quoque roseus, quemadmodum Helena ποδόχρως à Theocrito Idyll. 18. v. 31. Vid. quae habet de Ganymede Euripides in Troadib. Act. III. v. 274. seqq. Sic roseus Fulgor per membra coruscans tribuitur Aquario ap. Pontan. Lib. 3. Uraniae v. 166. seq. Et rosei Capilli AURORAE ap. Bapt. Mantuan. Lib. 1. Parthenices 2dae, quae vitam et martyrium St. Catharinae complectitur, v. 201.



Roseus dies legitur ap. M. Ant. Flaminium Lib. 1. Carm. 2. v. 38. Sed Roseam arborem, seu Rosearborem, nomen alicujus Daemonis esse, docet Jo. Wierus, Scholae Daemonicae quondam Collega famosissimus, Lib. 1. de Praestig. Daemon. c. 22. col. 119. lin. 22. seqq. his verbis: Nomina ridicula admodum frequenter sibi dant *Daemones* rogati. Sic cum in obsessis nomen alter alterius haud ita pridem *Hammonae* coram *Pastore* inquireret, unus *Plumarum fascem*, vel *Plumifascem*, se nuncupari, alter *Planipedis* sibi nomen esse, tertius *Roseam arborem*, s. *Rosearborem*, se appellari respondit.

δ) *Haec elegans Veris Descriptio est, quae repetitur v. 17. seqq. Et extat quoque utriusque bujus similis quaedam ap. Strozam Patr. Lib. 1. Erotic. Eleg. 2. v. 9. seqq.*

ε) *Tempe (Graecè Τέμπε contractè pro Τέμπεα) sunt montes amoenissimi, & perpetui Veris temperie voluptifici, foecundis atque odoris arboribus referti, variis Volucrum concentibus arguti, dulcibus ac amoenis fontibus irrigui, quemadmodum tradunt undique Mythologi. Dicuntur autem b. l. Teumesia à Teumeso, Monte, seu Regione Boeotiae, ubi Hercules ad huc adolescens occidit leonem, cujus pelle postea usus est pro veste. Sed v. 9. vocantur Tempe Phthiotica à Phthia, Thessaliae urbe haud inclarâ. Erat enim Achilles, pugnacissimi Graecorum Ducis, Patria.*

ζ) *Hesperides fuerunt Atlantis Mauritaniae Regis, seu, ut alij volunt, ipsius Hesperii, qui filius Japeti & frater Atlantis à coeca Gentilitate quondam credebatur, filiae, numero tres, Aegle, Erethusa & Hesperethusa videlicet. De his ferunt Fabulae, quod habuerint hortos, sive speciosissimum pomarium, in quo arbores aurea pomatulere, cui custodem adhibuerunt Draconem pervigilem, quò tamen vel sopitò, vel occisò, Hercules aurea poma sustulerit. Leg. Nicol. Perotti Lib. 1. Cornucop. Epigr. 3. col. 345. lin. 24. seqq. & fortè ex eò Mich. Neandri Notae Marginales ad Anthol. Graeco-Lat. p. 143. nec-non Petri Rami Praelectiones ad Virgil. Ecl. VI. v. 61. p. 111. Inde fit, ut Hesperidum Nemus b. l. Metonymicè à Poëtâ nostrò aureum vocetur. Mala autem Hesperidum alicui largiri (Μήλα εσθίδων δωρεῖσθαι) proverbialiter idem esse, ac magna, nobilia, splendidaque; alicui dare munera, ex Des. Erasmi Roterod. Cbil. IV. Cent. 3. Adag. 16. p. 731. col. 1. Edition. Colon. discendum est.*



n) Scilicet, & quidem praecedente P. Ovidio Nas. Epist. ult. Sappho in scripta, v. 154. Intellegitur autem, per hanc alitem, a Daulia, Phocidis oppido, quod sub ditione Terei olim fuisse perhibetur, ita appellatam, Philomela, seu Luscinia, Graecis Ἀνδών, ὄρνις αἰετῶν, a consuetudine cantu; Gallis autem Roseignol ingeniose

4 TH. PISTORII ORNITHOGAMELION,  
*Daulias*, n) ut primum me vidit ab arbore quâdam,  
 Cepit ob adventum rostra movere meum.  
 Tantum praecessit, quantum servare valebat,  
 Visus & attraxit corda pedesq; modis.  
 Ad loca deduxit tandem *Philomela* POËTAM,  
 Quae tremulô saliens murmure mulsit aqua. 15.  
 Omnigenô tellus fuerat variata colore,  
 Venerat éq; suis floribus almus odor.  
 Risere ob tantum praecordia laeta decorem,  
 Nec sese poterat mens recreare fatis. 20.  
 Adde quòd aethereum tangebatur vertice culmen  
 Hinc illinc pulcris arbor amicta comis.  
 In sylvas illas non est admissa Volucris,  
 Judice *Luscinia*, nî probet antè modos.  
 Quae placuit, fruitur sylvis; quae victa, recedit: 25.  
 Pro doctis tantum creverat Alitibus.  
 Heic Avium implevit varium genus aëra cantu,  
 Ac primam somnos svasit inire diem.  
 Heic 9) ego *Pierides* habitare per aurea lustra 1)  
 Sum ratus, esse tuam seu mage, PHOEBE, domum. 30.  
 Obstupui harmonici tanti modulamina cantus,  
 Organicis modulis ceu lyra mixta sonet.  
 Dixi: num *Festum* sylvâ celebrabitur istâ?  
 Quòd tantô studiô garrula turba canat.  
*Psittacus* humani sermonis gnarus 2) adibat 35.  
 Illis me dictis: *Non tibi ficta loquar:*  
*Cunctorum Volucrum Rex & spectabilis Heros*  
*Hâc vult in sylvâ foedus inire thori.*

Huc



Hûc invitatum misit cum Coniuge Phoenix,

40. Qui exoriens moritur, qui moriens oritur. λ)

Unicus est noster Rex is dicendus ab omni,

Cui de se nasci praestitit ipse DEUS.

15. Conveniens tempus legisti, culte POËTA,

Inter sis nostris (dixerat ista) choris.

20. Metamorph. Fab. 6. v. 7. seqq.) voluntate Deorum tandem in hanc Avem est mutata, ut fingit idem Ovidius loc. cit. Fab. 8. v. 68. Hanc Avem autem, corpore licet pusillò & admodum obscurò, omneis omninò Volucreis cantu superare, apparet ex compositis Phyle Sapientissimi Versib. Graecis Jambicis nonnullis, iisq; in Librò illò, qui de Proprietate Animalium sedulò est conscriptus, & cum Versione Bersmannianâ Lips. A. CHR. M. D. LXXV. litteris Voegelianis editus, p. 51. extantibus, nec-non Theocrit. Idyll. 12. v. 6. seqq. C. Plinii Sec. Lib. 10. H. N. c. 29. p. 465. Tom. I. Oper. Edition. Dalechamp. Jo. Pier. Valer. Lib. 23. Hieroglyph. c. 11. p. 275. num. D. Joan. Lauterbachii Aemigm. C. ad illustriss. Dn. Henr. Ranzovium v. ult. atq; Wolfg. Franzii Part. II. Histor. Animal. c. 26. p. 640. Ideoq; ut inter Aveis, Regis sui nuptias (conf. Autor noster v. 37. seq.) splendidè celebranteis, Magistra, immò Regina ac Domina chori Musici fieret illa, serium votum atq; voluntas plurimarum est Volucrum in Carmine nostrò v. 132. 198. & 212. Inde Proverbialis illa nata est locutio: LUSCINIAE DEEST CANTIO: de qua Erasm. Chil. III. Cent. 6. Adag. 77. p. 625. col. a. Sed plura de hac Ave, eaq; rarenter occurrentia, aliquandò cum DEO in Admirandis Avium nostris Lib. 3. c. 5. Interea videantur Aviculae hujus Encomia illa, quae ex diversis Autoribus studiosè congesta in Casp. Dornavii Scientiae Socraticae Jaco-seriae Amphitheatrò p. 386. Lectori cuivis sunt obvia.

35. 9) Malè legitur in exc. Autoris nostri Exemplari h. l. pro HEIC, Haec, quoniam 70 Haec nequaquam ad aurea Iustra, uti forte an mens Poëtae fuerit, commodè referendum est.

10) Aurea Iustra aliter vocantur aurea secula, seu ipsa aetas aurea, immò regna Saturnia, quorum etiam fit mentio ap. Virgil. Ecl. 4. v. 41. & Lib. II. Aeneid. v. 252. Regnante enim ante Jovis regnum Saturnò, vitae humanae

nuncupata, quae à praedictò Tereò summa vi correpta (vid. Ovid. lib. 6.

genus



genus rebus omnibus, quas quatuor anni tempora naturaliter solent producere, ita semper abundabat in Italiâ, ut illud tum prae caeteris eximie floruisse undiq; crederetur, sicuti colligere est ex Dionys. Halicarnass. Lib. 1. Rom. Antiqu. c. 4. p. 38. Editionis Stoërianae. Et exinde est, quod Iustra ista Tropice dicantur b. l. aurea. Vid. suo tempore, quae ad Renati Heneri, Lindoënsis, Ecl. III. v. 189, prolixius paulò notabimus.

κ) Psittacum hominum loquelas imitantem esse Alitem, probat cum Auctore nostrò Joach. Camerarius in Auctariò ad praedicti Phylae Sapientissimi Vers. Jambicos de Animal. Propriet. p. 166. seq. his verbis:

Τὴς ψιττακῆς μὲν ὡς λαλῆς θαυμάζομεν,  
Τέρπει δὲ μάλλον ἠδὲ χειρὶν ἰῶν πτερῶν,

hoc est, interpretante Gregoriò Bersmannò,

Humanae imaginem loquelaë in Psittacò

Miramur, alarumq; nos honor juvat.

Conf. Plin. loc. ad Not. η. cit. c. 42. p. 474. Michaël. Neandri Pars I. Physic. p. 428. seq. atq; Joannis Jonstonii Class. VI. Thaummatogr. Natural. c. 26. p. 305. Ideoq; per hujus effigiem, cum nullum ex animalibus rationis expertibus articulatiùs humanas voces explicet, eloquentem hominem significasse Aegyptios, tradit Pierius loc. non ita pridem cit. c. 15. p. 276 num. C. & ex eò Heinr. Svalenbergius Lib. 23. Aphor. Hierogl. §. 3 p. 115.

λ) An vera sint, quae Poëta heic de Phoenice cecinit, abundè est videre ex Jonstoni cap. 27. loc. cit. p. 306. nec-non eruditissimâ Georg. Casp. Kirchneri, Polyhistoris ac Physici solertissimi, Dissertatione de hac Ave cap. 1. §. 11. seqq. p. 64. seqq. Edition. 2dae cum aliis Ejusd. Dissertat. & Zoologiâ Physicâ Sperlingianâ Witteb. A. buj. sec. LXIX. in 8v. exc.

μ) Arundinem le- In lustrò Piscina fuit nitidissima Nymphis; 45  
 vem incon- Partibus extremis stabat arundo levis. μ)  
 stantiam Haec erat arboribus praestantibus undiq; cincta,  
 nostram, In quarum ramis quaeq; resedit Avis.  
 praesertim Sacra JOVI Quercus ν) centum crescebat in annos, ξ)  
 in Fide sal- A ferrò quòvis inviolata stetit. ο) 50  
 vificâ, ac Huc convenerunt Aquilae; π) residebat in altâ  
 spe in CHRI- Cum fulvò NYMPHO NYMPHA, venusta suò. Par-



Pārtē altā stabant umbrosa cacumina *Fagi*;  $\epsilon$ )  
*Fagus* pulcra comis & veneranda fuit.

55. Hanc tribuit Volucrum Dux, *Psittacus*, omnibus istis  
 Alitibus, tellus quos aliena tulit.

In *Phaëthontaeis* ramis  $\sigma$ ) *Philomelica* turba  
 Obtinuit sedem, lusit ibique modos.

Hospitiō excepit reliquas *Aphrodisia Citrus*,  $\tau$ )  
 60. *Teutonici* nostri pondera rara soli.

*Longipedes Volucres* in ranas sceptrā tenebant  $\upsilon$ )  
 Ad virideis ripas perstreptantis aquae.

Pars aderant volucrum, sed pars hinc inde volabant,  
 Debuit ad vocem quaeque venire tubae.

65. Mons propè celsus erat, locus acceptissimus *Ornis*,  
 Ex his claxerunt *Omnipotentis Aves*.

Implevère suis etiam clamoribus auras  
*Pavones*, quorum magna corona fuit.

Tunc omnes Volucres tranârunt aëra  $\phi$ ) pennis,

70. Sedibus ornatis accubuère suis.

*Habitus CHRISTI Regii nostri* §. 3. *Litt. C. 3. fac. b.* Edition. prior. ex aliis jam pridem allegatum est.

v) Quercum olim Jovi sacram, seu in ejusd. tutelâ esse, didicit fortè *Pistorius noster* ex *Ovid. Lib. 7. Metam. Fab. XI. v. 10. ut & Servii Honorati Comm. in Virgil. Ecl. I. v. 17. p. 2. & in ejusd. Lib. VI. Aen. v. 772. p. 560. Edition. Fabrit. Ratio autem, cur arbor haecce Jovi sacra, ex mente Mythologorum haec est, quoniam Rhaeae matri, hoc est, Terrae ipsi, quae Rhaea est, in Arcadiâ parienti, dulcissimum semper praebuit umbraculum. Ejus proprietates breviter descripsit *Corippus Lib. 3. loc. sup. denomin. v. 182. seqq. prolixè verò Jo. Heinr. Ursinus Sect. II. Arboret. Bibl. c. 14. §. 1. seqq. p. 214.**

Quoniam autem illa ob robur apud *Virgil. Lib. 3. Georg. v. 335. atq; Renat. Henerum Ecl. 3. v. 10. immò ob ramorum vastitatem atq; cacuminis altitudinem*

STO quo-  
 tidie po-  
 nendâ, a-  
 ptissimè in-  
 nuere, pa-  
 tet ex Mat-  
 thaei cap.  
 XI, 7. Im-  
 mò & il-  
 lam huma-  
 nae fragi-  
 litatis In-  
 dicium ac  
 carnis no-  
 strae infir-  
 mae esse  
 Symbolū,  
 in Notis  
 Margina-  
 lib. ad cap.  
 V. ita vo-



dinem passim commendatur, sit, ut per hanc arborem aequè, ac per Fagum & Ulmum Jesai. II, 14. validi illi atq; robusti designantur, qvi inopes opprimunt, ac tenuioribus sunt infesti; quos tamen DEUS minimò negotiò convellit ac dejicit, quemadmodum scribit Levinus Lemnius in *Explicat. Herbarii Biblici* c. 43. fol. 100. fac. b. Aliàs Quercum Diis sacram eleganter descripsit Pontanus in *Parchenopèd*, s. *Lib. 2. Amor. Carm. 9.* Quà ratione autem CRUX DOMINI per Quercum significari possit, docet id. Ursinus loc. cit. c. 15. §. 1. seqq. p. 224. seq.

ξ) Quercum in annos centum crescere posse, confirmat exemplò singulari suò prae caeteris illa, quae Basileae Rauracorum sine omni dubiò adhuc spectatur annosissima, ex cujus vasto robore trunci decem, singuli justae arboris magnitudine non in altum erecti; sed in latum undiquaq; deducti, ita explicantur, ut triplici columnarum sustentaculò egeant, quarum intima series hexagonum, media octogonum; extrema autem sedecagonum repraesentat, peripherià gressuum, tam patulò ramorum frondiumq; tegmine, ut naturae simul & humanae industriae spectabile opus oculis subjiciat; quam ante multos annos Aedilium incurià damni nonnihil acceperit. Leg. Pauli Hentzneri *Itinerar. Germanic. p. 22. seq.* Unde Quercus antiqua Corippo *Lib. 4. v. 42.* omninò lata, alta atq; robusta dicitur. Sic ad pedes fermè montis Sion, ubi Adonias, Davidis Filius, splendidò habitò convivio, regnum patris affectavit, (1. Reg. I, 9.) ineunte hócce seculò, etiamnum stetit se Quercum illam, ROGEL dictam, Christophor. Fürer ab Haimendorf in *Itinerar. Palestinae p. 58.* ex autò q̄a testatur.

ο) Alioquin verum esse, Quercum tandem multis dejici posse ictibus, approbat Erasmus, quando *Chil. 1. Cent. 8. Adag. 94. p. 242. col. a.* praedicta verba de re factu quidem arduà, assiduà tamen industrià suò pervincendà tempore benè interpretatur.

π) Non unum, sed potiùs sex AQVILARUM Genera esse, narrat Aristoteles Stagirita *Lib. 9. H. A. c. 32. p. 1060. seqq. Tom. 1. Oper.* quem secutus Plinius *loc. cit. c. 3. p. 447.* & alii. Ex his nonnullae, circa extremum Septentrionis & hyperborei Oceani tractum praeprimis, sunt tantae fortitudinis, ut vitulum aggredi minimè vereantur, memorante ex recentioribus Geographis Herbersteinio ap. Athanas. Kircherum in *prodromò Coptò, sive Aegy-*



Aegyptiacò, c. 4. p. 99. Unde Aquilinae unguiae M. Acc. Plauto in Pseud. Act. III. Sc. 2. v. 63. fortes sunt & validae, & Aquilum corpus eidem in Poen. Act. V. Sc. 2. v. 152. τὸ μέλαν, fuscum ac subnigrum est. Vid. Samuel. Bocharti Lib. 2. Part. II. Hierozoici c. 1. col. 161. seqq. Edition. Clodianae, Gualteri Charletoni Onomasticon Zoicon, quod Londini apud Jac. Allestry A. huj. sec. LXVIII. in 4t. form. prodiit, p. 62. seqq. Hieron. Rosarii Lib. 1. de materiâ: Animalia bruta videlicet melius homine ratione saepè uti posse: p. 40. & suò tempore praedicta Admiranda AVIUM nostra, ubi haec ALES Caput V. Libri I. faciet. Est & Aquila Tusciae mediterraneae oppidum, vulgò Acqvapendente dictum, cujus quoque fit mentio ap. Hentznerum in Itinerar. Italiae p. 353.

ε) Haec duo posteriora verba deprompta sunt ex Virg. Ecl. 9. v. 9. cui Fagus alta quoque dicitur Lib. 1. Georg. v. 173. Appellatur autem Fagus commodius ἀπὸ τῆς Φαγεῖν, à vescendò, quàm ἀπὸ τῆς Φώγεσθαι, ab urendò, quia ejus fructu ante repertas fruges homines vescebantur. Unde & haec arbor ipsa dulcis est Corippo Lib. 4. de Laudib. I. A. M. v. 39. Conf. Friderici Taubmanni Commentar. ad Virg. Ecl. I. v. 1. p. 6. col. 2. num. B. & Ursini loc. cit. c. 8. §. 1. p. 136. Vers. autem 87. ex Virgil. loc. jam dict. vocatur patula, ideoque Theocrito Idyll. 12. v. 8. est umbrosa, (σκίερη) & Tityro gratissima.

σ) Id est, Ramis populeis. Heliades enim, Phaëthontis sorores, miserabilem fratris sui casum vehementer deslentes, Deorum beneficiò atque misericordiâ in arbores populeas mutatas esse, Ovidius Lib. 2. Met. Fab. 4. v. 20. seqq. fingit. Hanc arborem autem, inter funestas, seu ferales, quippe habitam, b. l. Philomelae hanc ob causam dicatam esse auguramur, quoniam illa, aequè, ac Phaëthon, Solis & Clymenes filius, miserandum in modum periisse creditur.

τ) Citrus, arbor olim peculiaris Mauritaniae in Atlante monte, b. l. vocatur Aphrodisea, i. e. spumea, seu Venerea, ἀπὸ τῆς ἀφρῆς, à spumâ, fortè quòd Veneri, quae ipsa Aphrodite, b. e. de spumâ maris orta, illam Poëtae consecrârant. Hujus autem duo Physicis esse genera, testatur Lemnius loc. ad Not. v. alleg. c. 37. fol. 86. fac. b. & seq. fac. utrâque, qui videndus.

υ) Heic elegans est allusio ad tritissimum Apologum istum Aesopico-Poëticum, qui afflictis Subditis, Machiavellisticò hócce increfcente tempore, apud Christianos quoque parùm affert solatii, nî Calvus ille longipes, qui in



*erudeleis Tyrannos praesertim Sceptra rigorosa tenet, certissimò Liberatore nostrò, CHRISTO JESU, seriò imperante, Justorum causam fideliter agat.*

Φ) *Hac loquendi formulà utitur etiam de Avibus Mich. Barthius in Vita Virgil. curà nostrà edità, v. 136. Tranare autem quid propriè sit, in Commentatiunculà ad praedict. Barthii loc. p. 25. pro nostrà virili diximus,*

χ) *Est Avi-Omnigenae Volucres, Nettus, Canaria, ξ) Curcus, cula, quam Ispida, Spinturnix, ψ) Galbula, ω) Capra, αα) Dryops,*

*è Canariis Falco, Catarrhaetes, Tetrax, ββ) Rubicilla, Pygargus,*

*In sulis Gallinago minor, Naupliadaeque Grues.*

*Mercatores afferunt Cyllirus & Mergus, γγ) Cepphus, δδ) Fringilla, Pyrallis, 75.*

*Et vulgò Sturnus εε) cum Drostis atq; Trochillus ζζ) adest.*

*Aviculam Perdix ηη) & Picus, θθ) venit cum Turture Turdus, ιι)*

*Sacchari Luteolaeque comes suavis Acanthis erat.*

*vocant, Atq; Phalacrocorax, Lagopus, Sitta, Coturnix, κκ)*

*Zufervogel Pardalus & Phasis, λλ) Galgulus atq; Tetrax. 80.*

*glin. Elegas Cumque merula Merula Ficedula μμ) cerea visa est,*

*Epigramma, quod Et Curruca, Merops, νν) Picaque, Corvus, Lynx. ξξ)*

*in illam Sedem assignatam sibi legit quaeque Volucris,*

*extat, vid. Aëre de liquidò plurima Alauda lyrit.*

*ap. Neand. Ipse & Stiropius, Musis charissimus Ales, 85.*

*Part. I. Et Vallensis avis carmina multa canit.*

*Phys. p. 396. Dulcia sub patulà resonant modulamina fagò,*

*ψ) Quae Avis Totius eventum prospiciuntque rei.*

*haec, con- Innumeris fuerat Philomelis sylvà repleta,*

*fitete ipso Ut vix pro cantu pluribus esset opus. 90.*

*Pliniò loc. His successerunt habitantes stagna Volucres,*

*cit. c. 13. p. Alcyones, οο) Fulicae, Quaeque dula, albus Olor*

*455. nec re- Cum*



- Cum *Gaviâ* atq; aliis. Adstat *Riparia*, *Cinclus*,  
 A caudâ tremulâ quæ quoq; nomen habet.  
 95. Undis *Schnabelius* ππ) se se facer hospes inundat,  
 Cumq; aliis multis & *Pelecanus* εε) adest.  
 Et quæ mugitum quendam solet edere in undis  
 Impositô rostrô, nomine dicta *Truo*,  
*Germanis Rhortrump*/niveo notissima monti,  
 100. Utpote quem vexit sola per ora hominum.  
 Adfuit ignotum *Volucrum* sine nomine vulgus:  
 Taedia ne gignas, MUSA diserta, sile.  
 Postquam concursum *Passer* vidisset ab urbe,  
*Passeribus* cunctis indicat illa nova.  
 105. Advolitaverunt in lustra virentia cuncti;  
 Impedimento at erant garrulitate suâ.  
*Psittacus Accipitres* σσ) & *Milvos* ττ) jussit in illos  
 Vim facere. Ex votô præda peracta fuit.  
 Unicus evasit, reliquis qui nuncia ferret.  
 110. (Namq; invitatum non genus illud erat.)  
 Dêerat adhuc inter tot *Avis Latonia*, υυ) *Gallus*,  
 Imperium exercens in genus usq; suum.  
 Sed quoniam nullô sociô comitatus amicô,  
 Per sylvam incautus venerat urbe miser.  
 115. Incidit in *Vulpem*, per quam delatus in antrum,  
 Quàm magnus cepit pectora moesta timor.  
 Elatâ sed voce suâ se prodidit; illum  
 Fortes *Accipitres* eripuêre locô.  
 Sic reliquum confecit iter per inane volandô,  
 120. Dùm reliquas inter lætior esset *Aveis*.

peritur,  
 nec tradi-  
 tur. Ejus  
 autē tan-  
 ta credi-  
 tur esse  
 audacia,  
 ut ignitos  
 carbones  
 ex aede sa-  
 crâ in ae-  
 deis priva-  
 tas infer-  
 re minimè  
 vereatur,  
 docente  
 iterùm Pli-  
 niô l. c.  
 Conf. An-  
 notationes  
 Dale chã-  
 pii in h.  
 Plin. loc.  
 & quæ  
 habet Cur-  
 tius Jaël in  
 Laude Ulu-  
 lae p. 87.  
 seq. Edit.  
 prior. Id-  
 circò in-  
 cendiaria  
 & quòd  
 cir-



circà busta versetur, ambustanea, ut & inauspicata Avis multis Scriptoribus dicitur. Nomen autem accepisse παρὰ τὸν αἰντήρα, ab ignisstructurâ, Reinerus Neuhusius in Exam. Philol. p. 483. optumè edisserit.

ω) Galbula, vel Galbulus, Nostratibus dictus eine Weindroschel.

αα) Est Avis montana, magnitudine paulò major, ac Merula, minor, quàm Cuculus, moribus mollior. Parit Ova duo, aut tria cùm plurima. Surgit Caprarum ubera advolans, unde nomen accepit. Cùm suxerit, uber extingvi, Capramq; excaecari ajunt. Parùm clarè interdiu videt; sed noctu perspicax est, narrante Aristotele loc. ad Not. π. cit. c. 30. p. ead. Neander verò loc. ad Not. χ. denominatò hanc Avem in agris avenâ consitis vocem caprinae haud absimilem edere, & (quod nos addimus) fortè ob id capram dici, asserit.

ββ) Qualis haec sit Avis, explicat Alexander Myndius apud Athenaeum Lib. 9. Deipnosoph. p. 398. seq. Edition. Dalechamp. Illam autem, Atheniensibus URAGEM nuncupatam, nec terrae, nec arbori nidum suum committere, tradit Aristoteles Lib. 6. H. A. c. 1. p. 957. num. F.

γγ) Haec Avis, cujus Encomia congescit noster Dornavius loc. sup. ad Not. η. alleg. p. 468. ita quibusdam vocitata est, quòd se in aquam cibum captans assidue immergat. Leg. Neuhusii Exam. Philol. p. 317. Gilberti Cognati Nozereni Enarrat. in Jo. Jov. Pontani Dial. V. ex Charonte p. 3654. Tom. IV. Oper. & quae habet Jonstonius loc. sup. dict. c. 23. p. 30. atq; Charletonus loc. ad Not. π. cit. p. 95. seq. ubi undecim Volucris hujus genera esse minimè frustra probat. Illam apud mare victitare, & à brumâ, ineunte Vere, ova bina, ternave saxiis maritimis parere, testatur Aristoteles Lib. 8. l. cit. c. 3. p. 1016. num. F. & Lib. 5. c. 9. p. 929. eòd. num. Cui frustra contrarius videtur esse Plinius, Mergum in arboribus nidificare loc. cit. c. 32. p. 468. haud consultò statuens. Ab Athenaeò loc. jam denomin. p. 395. num. D. (ubi ἡ μικρὰ Κολυμβίς, pusilla Colymbis audit) hunc in modum describitur, quòd sit omnium aquaticarum Avium minima, (πάντων ἐλαχίστη τῶν ἐνύδρων ῥυπαρομέλαινα τὴν χροιάν, καὶ τὸ ῥύγχος ἔχει, σκέπτονται τὰ ὄμματα, τὰ τε ποτὰ κατὰδύεται) colore sordidò & nigrescente, hoc est, fuscò, τῷ φαιῶ, & minimè splendidò,

αιη-



acutò rostrò. Hujus oculi ad speculandum sunt perspicacissimi, aquas subit quàm frequentissimè. Ante omnia autem Ejus est natura, ut saepè mergens aurarum signa colligat, & praevidens tempestatem futuram properè revolet ex aequore, & ad littorum tuta cum clamore contendat. Illam quoque in immundarum & in Lege (Levit. XI, 13. seqq.) prohibitarum Avium Catalogum jampridem à DEO ipsò relatam esse, apparet ex Eliae Hutteri Dictionar. Harmon. Bibl. p. 437. ubi Graecè κατὰ φύσιν nuncupatur.

δδ) Cephphus est Avis multâ plumarum copiâ circumtecta, caeterum carnibus exiguis: pariens autem vociferatur. Unde Cephphus parturit (κέπφφ ωδίνφ) ex Aristophanis Εἰρήνη ap. Erasmi. Cbil. II. Cent. 2. Adag. 34. p. 333. col. b. in eos proverbialiter dicitur, qui pollicentur ingentia quidem; attamen promissis quid dignissimum praestare impotentes sunt.

εε) Est talis Avis, quae sic assefacta mox è nidò facillimè voce repraesentat latratùs Canù, binnitùs Equorum & cantùs Gallorum, qualem & habuisse Neandrum ex ejusd. Part. I. Phys. p. 431. satis est videre. Describitur autem ab Aristotele, cui ψάγος dictus, Lib. 9. H. A. c. 26. p. 1059. num. A. quòd sit niger, albis distinctis maculis, magnitudine Merulae. (ὁ ψοικίλλος μέγας δὲ ἴσιν ἡλίκον κότιυφ) Caeterum Sturnorum generi proprium est catervatim volare, & quòdam pilae orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus, uti refert Plinius loc. multoties laudatò c. 24. p. 463.

ζζ) Trochilus parva Avis est, fugax quidem atque infirmis moribus; attamen probitate victus ingeniiq; solertiâ excellenter praeditus, quemadmodum scribit Philosophus noster loc. nup. alleg. c. 11. p. 1054. num. A. addens, illam (praesertim in Italiâ) & Senatorem, & Regem dici Volucrium, indeq; esse, quod Aquila cum eâ pugnet acerrimè. Avicula haecce, dum reduvias escarum Crocodili, quæis alitur, affectat, os belluae hujusce paulatim scalpit, & sensim, scalpturigine blandiente, aditum sibi ad dentes & os totum probè depurgandos in fauces usq; avidas atq; obscuras facit. Crocodilus autem officio delectatus non nocet animalculo; sed cum egredi avem vult, cervicem movet, ne comprimat. Vid. Phyle Sapientissimi Vers. Jambic. de Animal. Proprietate; in specie autem de Crocodilò atq; hac Aviculâ, v. 8. seqq. p. 142.



ut & C. Jul. Solini Polyhist. c. 35. p. 175. Edition. Antverp. Ejus mentionem quoque facit Aristophanes in Oevid. v. 60. seqq. Illam autem ἀπὸ τῆς τρέχεν, à semper currendò, s. continuò cursu, dici ex Charletoni loc. denomin. p. 97. discendum est.

nn) Refertur inter Aveis libidinosas hanc quidem de causâ, quòd, cum marem olfacit, ejusdemque vocem audit, statim impletur, & ita sine coitu parit, notante Aristotele Lib. 3. de Generat. Animal. c. 1. p. 1278. num. C. Tom. I. Oper. & Lib. 6. H. A. c. 2. p. 960. num. B. Ideoque hanc Avem olim libidinem ac salacitatem SYMBOLICÈ indicare debuisse, Athenaeus loc. ad Nott. ββ. & γγ. cit. haud incertus Autor est. Conf. Svalenb. Lib. 24. Aphorism. Hierogl. cap. 6. §. 1. p. 122.

99) Pici cognomine Martii tria esse genera, unum minus, quam Merula, cui rubidae aliquid plumae inest: alterum majus, quam Merula: tertium autem non multò minus, quam Gallina, ex Aristot. Lib. 9. H. A. c. 9. p. 1052. num. F. & seq. num. A. discendum est. Unguis habet commodiores, quam Monedula, ad tutiorem arborum reptationem: his enim affixis ascendit. Scandit autem per arborem omnibus modis: nam vel resupinus more stellionum, vel felium, ingreditur; praeprimis tundit quercus, vermium & culicum causâ, quòd exeant. Leg. Jonston. loc. ad Not. γγ. alleg. c. 27. p. 306. & quae narrat Plinius Lib. X. c. 18. p. 456. & c. 29. p. 465.

u) De hac Ave vid. Dornavii Loc. praed. p. 431. seqq. & quae in Admirandis nostris Lib. 3. c. 7. aliquandò cum DEO sunt dicenda. Interea nobis placuit, breviter heic monere, Turdum quondam tanti fuisse valoris, ut singulus quoque tricibus Denariis sit venditus, uti (fortè ex aliis edoctus) docet Bilibaldus Pirkheimerus in Philologicis, p. 228. Operum à Melch. Goldastò Francof. Aò. huj. sec. X. in fol. editor.

xx) De Coturnicum generatione Phanodemum Lib. 2. Attidos, b. e. Rerum Atticarum, scripsisse, Athenaeus loc. haetenus denominatò p. 392. num. D. testatur, additque, quòd Eudoxus Cnidius Lib. 1. Circuitus Terrae à Phoenicibus HERCULI Coturnices immolari scribat, quoniam Hercules, Jovis & Asteriae filius, in Libyam proficiscens & interfectus à Typhone, Iolaò COTURNICEM ipsi admovente & praebente olfaciendam, revixerit. Unde

Co



Coturnix Herculem, sc. servavit, (Ὀρτυξ ἔσωσεν Ἡρακλῆν τὸν κρητερόν) Prover-  
 bii locò ap. Erasmi. Cbil. I. Cent. 1. Adag. 71. p. 42. col. b. de his, qui in periculò  
 servati essent ab illis, à quibus minimè sperarant, etiamnum dicitur. In  
 Galliâ Narbonensi tanta est Coturnicum abundantia, ut Hentznerò in Iti-  
 nerar. Gallico-Angl. p. 52. tradente, quotidie & in prandiò, & coenâ assae  
 convivis apponantur. Hanc Avem etiam in blanditiis amantium & puero-  
 rum locum habere, videri potest ex Plauti *Asin. Act. III. Sc. 3. v. 76.* & *Capt. Act. V.*  
*Sc. 4. v. 6.* Ei majorem fermè astutiam, quàm homini, inesse, probat Rora-  
 rius loc. sup. ad Not. π. cit. p. 61. Nam ad hujus nidum, scribens, si coeperis ac-  
 cedere, procurrit ad pedes, praegravem, aut delumbem, se simulans: subi-  
 tòq; in procursum, aut brevi aliquò volatu cadit, quasi alâ fracta, aut alterò  
 pede clauda, tardiq; cursûs vanâ capiendi spe sequentem frustrans, à nidò  
 procul abducit; donec pavore libera, revocante maternâ curâ, in sulcò re-  
 supina, terrae glebâ, pedibus apprehensâ, se operit.

λλ) Phasis propriè non solùm nomen fluvii, sed civitas quoq; Scythiae  
 est, cujus incolae Phasiani sunt. Hòc locò autem pro Ave, PHASIANI insignitâ  
 nomine, Metonymicè hanc ob causam ponitur, quòd (scribente Suidâ in Phasi  
 Litt. qq. 5. fac. a.) Ea ibidem innumera sit. Plura vid. ap. Athenaeum loc.  
 cit. p. 386. seqq. & Gvilielm. Harvèum *Exercit. VI. de Generat. Animal. p. 23.*  
 Est & Phasis (Φάσις) apparitio, s. mutatio Lunae, de quâ passim in Prae-  
 ceptis Mathematicis.

μμ) Ficedula & Atricapilla vicibus commutatur. Fit enim, ineunte Au-  
 tumnò, Ficedula, ab Autumno protinùs Atricapilla, seu Melancoryphus,  
 nec inter eas discrimen aliquòd, nisi coloris & vocis est. Avem autem ean-  
 dem esse constat, quia, dum immutaretur, hoc genus utrumq; conspectum est,  
 nondum absolutè mutatum, nec alterutrum adhuc proprium ullum habens  
 appellationis. Haec ex Aristot. loc. tam saepè denomin. C. 49. p. 1085. num. C.  
 cum quò conferendus Plinii loc. multoties quoq; citatus C. 29. p. 466. Quan-  
 dò autem Ficedula b. l. dicitur cerea, elegans est Metaphora, à cerae mol-  
 litie desumpta, & ad facillimam Avis hujus capturam congruè translata.  
 Sicut enim cera, dum calida est, pollice fictoris facile vertitur in varias figu-  
 ras; ita citò, ut capiatur, flecti potest haec Volucris. Et hòc in sensu utitur

quoq;



quodq; voce hâc Q. Horatius Fl. in Art. Poët. v. 163. ubi de Juvene, quod ce-  
reus sit in vitium flecti, ingeniosè affirmat. Hanc enim aetatem vel ad bo-  
num, vel ad malum, quemlibet facillimè imitari solere, post veterem illum  
Commentatorem Horatianum, in spec. in praed. loc. p. 628. col. a. Edition.  
Cruqvianae, quotidiana nos docet Experientia. Leg. Excellentiss. Dn. Ge-  
org. Matthiae Koenigii, Grammatici incomparabilis, ita inscriptum Latini-  
tatis Gazophylacium, dono nobis datum, p. 186. col. b.

v) Meropem, quamprimùm illa volare coepit, spontè animam ad ne-  
cessaria Parentibus subministranda in morem Ciconiarum convertere, & ita  
Pietatis Notâ eximiè signatam esse, idem Philosophus Lib. 9. H. A. C. 13. p.  
1055. felicissimus Doctor est. Ei pectus non solùm accipitrinum esse, sed &  
ventrem albicare, tergum & apicem auro simileis, genas candidas, rostrum  
magnum, indeq; nomen consecutam, quod proclivis admodùm sit ad contra-  
hendam cum humanò genere amicitiam, ex Simeone illò Antiochenò, qui  
multa de Animalium vi medicâ conscripsit, profert noster Piërius Lib. 17.  
Hierogl. c. 3. p. 204. num. D. Id verò maxumè insigne est in Alitis hujus in-  
genio, quod paritura huc & illuc transmigret, identidem ut illa fallat, neq; fa-  
cile partus Ejus deprehendi possit.

ξξ) Haec Avis ab Aristotele Lib. 2. loc. jam dict. c. 12. p. 859. num. C. seq-  
uita describitur, quod sit paulò major Fringillâ, colore variò, habens sibi pro-  
prium digitorum dispositionem & linguam serpentibus similem, quippe  
quam in longitudinem mensurâ quatuor digitorum porrigat, rursusq; in-  
tra rostrum contrahat: Collum etiam in aversum, reliquò quiescente corpo-  
re, serpentum modò circumagere, & indè antiquis Turbonem; vulgò autem  
Torqvillam (Ein Winder-oder Drehehalß) scitè appellatam esse curiosis in-  
geniis optumè est cognitum. Caeterùm unguës grandes & similes, ut  
Monedulis, Ei, quae voce stridet, exeunt. Conf. Autores, quos citat Nean-  
der loc. cit. p. 417.

oo) De His in Admirandis nostris Lib. I. c. 3. aliquandò prolixissimè.  
Leg. interea Bocharti Hierozoicon Loc. ad Not. π. alleg. c. 14. col. 219. seqq.  
M. Ant. Del-Rio Comm. novus ad L. Ann. Senecae Agamemn. v. 676. p. 507.  
seq. Franzii Pars II. Hist. Animal. c. 27. p. 653. seqq. atq; Taubmanni Com-  
ment. in Virgil. Lib. 1. Georg. v. 399. p. 155. col. 1. num. B.

Qua



κκ) *Qvalem Volucrem Pistorius noster propriissimè heic indigitat, ex voto penetrare properantes certè minimè potuimus.*

ερ) *Pelecanum in Rerum Naturà existere non est dubium; sed quòd adunco rostro pectus suum sauciet, & Pullis, venenoso Serpentis halitu, morsuq; noxià interfectis, sanguinem effluentem communicet, qui ore hiantes, receptò sanguine, vivificentur & restituantur, magis Aegyptiaca superstitio, ingeniosaq; Poëtarum atq; Pictorum inventio est, quàm vera ac certa Physicorum Scriptorum probatio. Vid. denuò Bochartus loc. cit. c. 25. col. 301. Franzius loc. jam denom. c. 4. p. 411. seq. Neander loc. nuper quòd dict. p. 424. atq; Joan. Sperlingius Lib. 4. Part. Special. Zoolog. Physicae c. 9. p. 328. seq. A morte enim ad vitam per naturam neutiquam regressum dari, è cathedrâ Philosophorum jam pridem est propositum. Unde & Nicolai Reusneri, Viri, cum viveret, subtilissimi, Aenigma XC. ad Nobilissimum Dn. Hieronymum Arconatum his verbis:*

*Magnus Amor, majorq; Fides, & maxuma Virtus*

*Alterius vitam morte parare suam:*

*nostrà de hac Ave nervosè satis perscriptum, etiam, re ita comparatà, vanissimum esse statuimus, nì cum B. Franzio loc. praedict. p. 412. concedere velimus, Theologiae Cultoribus, ex pientissimà fictione hâcce nonnunquam, nonnullis benè, prudenter, commodè atq; appositè uti similitudinibus, omninò esse licitum. Sic Pelecanus pullos suos vivificans erat Insigne DANIELIS MODLERI, Noribergensis, ut patet ex Nicolai Taurelli Emblem. Physico-Ethicò VI. Litt. A. 6. fac. b. ubi pulcra VIRGO quaedam gratisimum malum in manu suà gerens, adjectò hâcce Lemmate: INSUNT MELIORA, LATENTQUE: Lectori exhibetur. Est autem Pelecanus, à Latinis Platèa, h. e. lata, seu palmipes; à Germanis verò der Löffler/ oder/ die Löffel-Gaß/ dictus, avis parva, delectans solitudine. Unde & Illam in Sacris (Psal. CII, 7. ubi David se similem factum מִן־מַדְבָּרָא Pelecano deserti, seu, in locis desertis degenti, conqveritur) ipsam Solitudinem Hieroglyphicè indicare, Pierius Lib. 20. Hieroglyph. c. 9. p. 241. num. C. atqve Svalenbergius etiam Lib. 20. Aphor. Hierogl. c. 1. §. 4. p. 100. edisserunt. Et vocatur haec Avis PELECANUS, ἀπὸ τῆς πελεκάνω, à rodendò. Est enim genus Avis, perforans arbores*

C

bores

Qva



bore, (εἰδὲ ὄρνέεσ τρυπῶν τὰ δένδρα) quemadmodum scribit Suidas in Pelecanò, Litt. bb. 3. fac. 2. col. a. ideoq; δένδρακαλάπης, seu, ut Hieronymus Wolfius, Suidae Interpres felicissimus, in margine ad locum huncce col. 770. studiosè annotavit, δρυοκαλάπης, i. e. arborum perfossor, nuncupatur. Leg. Phyle elegantissimi de hòc Alite Versus Jambici loc. cit. p. 34. Quoniam autem Volucris hìc Parentes suos senìò confectos atq; imbecilleis Ciconiarum instar excellenter alere ac procurare creditur, fit, ut Pietatis Symbolò meritò denotetur.

σσ) Quòd Accipitres, instantibus tantis nuptiis, sic jubente, vel potiùs imperante, Plittacò, Passeres dapium locò praedentur, judiciò nostrò idem est, ac si canis esuriens muscam avidissimè captet, lupusq; famescens araneum murem deglutiat. Hoc autem genus Volucrum verè insatiabile esse, patet ex Carminis nostri v. 325. seq. Sed de his omnibus aliquandò, volente DEO, quàm copiosissimè in saepe citatis Admirandis AVIUM nostris, ubi hìc Ales initium laboris nostri jucundissimi faciet. Conf. intereà singularia nonnulla, quae extant de Eò ap. Herm. Conringium Lib. de Hermetica Aegyptiorum vetere & Paracelsicor. novà Medicinà c. 12. p. 136. Edition. prior. Athanasium Kircherum Tom. III. Oedipi Aegyptiaci Theatr. Hierogl. Diatr. 2dà praelusorià p. 45. Romae litteris Malcartianis Aò. buj. sec. LIV. in fol. public. Joan. Kirchmannum cap. 1. Appendicis ad Libros de Rom. Funerib. p. 444. Pierium Lib. 21. Hierogl. c. 7. p. 252. num. B. Sandaeum Symbol. II. Vit. Hum. p. 2. & in Emblemate Anniv. Acad. Altdorfinae IV. Panegyri. 19. Anni M. D. XCV. fol. 136. fac. a.

ττ) Milvus, s. Milvius, Germanis ein Weihe / oder Hünnerdieb / ap. Aristot. Lib. 8. Hist. Animal. c. 3. p. 1015. num. A. Avis est carnivora. Fruges enim illa, etiamsi in os indideris, nequit devorare. Et quoniam vernò tempore primùm (nonnunquam) apparere incipit, Verg. purpureum nunciat quasi, pro ipso Vere apud Aegyptios Hieroglyphicè ponitur, uti apparet iterùm ex Pierii Lib. 17. Hierogl. c. 37. p. 213. num. B. Vid. quae narrat Plinius loc. cit. c. 10. p. 452. Illum Graecis olim imperasse, atq; in Graecià regnasse, confirmat Písthetaerus apud Aristoph. in Ορνίθ. v. 500. hòc modò:

Ἰκτινος - τῶν Ἑλλήνων ἦρχε τότε καβασίλευε.

Epi -



Epitaphium illud XLII. quod ap. Jo. Jovian. Pontan. Lib. 2. Tumulor. p. 3420. Tom. IV. Oper. homini cuidam Rusticano, MILVII nomine non frust à instiguito, ingeniosè positum est, Avi huic etiam verè est commune, quod in haec desinit verba:

Falco pater mihi, Corvus avus, materq; Columba,

Pica avia est: quid plus? Milvius ipse vocor.

Ne me sarcophago condas: sit in arbore bustum:

Nidus sit tumulus; nidor & ipse juvat.

vv) Gallus dicitur Avis Latonia hanc ob causam, quod diem, cui Titan, LATONAE Parens, praest, cantu suo indicat. Conf. Aristophan. Νεφ. Act. I. Sc. 1. v. 3. seq. Unde Gallicinium, quod tertia pars Noctis est. Ita enim Moschus Idyll. II. v. 2.

Νυκτὸς ὅτε τετρατὸν λάχθη Ἰσαίῳ, ἐγύθη δ' Ἠώς,

b. e. Daniele Heinsio appositè vertente,

Quum tertia pars Noctis (i. e. Gallicinium) stat & Aurora propè est. Sic Gallus pugnax & pervigil insistit Minervae capiti, modò ut indicet Sapientiam & opes non otio; sed assiduâ vigiliâ, labore & contentione omninò comparari. Minervae enim, sive Palladi armatae, coeli terraeq; bona perindè, ac Duci milites, subdita esse, C. Corn. à Lapide Comm. in Libr. Sapient. c. VII. v. XI. p. 144. col. 1. num. A. ex Mythologorum mente non ineptè differit. Immò Gallus ad eandem designandam vigiliam affigitur quog; templorum turri, uti patet ex Joan. Lorini Tom. I. Comm. in Psal. XXXVI. v. XXXII. p. 557. col. 2. num. G.

Et jam tempus erat frondosa invisere templa, φφ)

Quò foret alato Nympha locanda Mari.

Dùm se disponunt justò procedere more,

Intereà exoritur lis gravis inter Aveis.

125. Quae nam constitui sat docta Magistra Capellae,

Ex quonam Volucrum posset & esse tribu.

Scinditur in varios sensûs xx) vaga turba Volucrum,

Quaeq; suum voluit nobilitare genus.

φφ) Heic elegans latet Allegoria, quae Troporū Affectio Poësin aequè, ac Orationiam, eximie ex-

Pars ornas.



XX) <sup>Omni</sup> Pars sua vota dabat *Merulae*: ♀♀) contraria quaedam  
<sup>enim tem-</sup> Senferunt; aliis *Drosta* placebat *Avis*. 130.

<sup>pore tot</sup> Maxuma pars tantô dignam censebat honore  
<sup>sensûs ef-</sup> *Lusciniam*, ut fieret culta *Magistra Chori*.

<sup>se, quot</sup> Saepè repugnabat *Cuculus*: sibi vota ferenda,  
<sup>capita sint,</sup> Censebat, vocis pro gravitate suae.

<sup>approbat</sup> A parte illius *Corvus* ωω) stetit, ac simul infit  
<sup>quoque P.</sup> In *Cuculi* laudes hoc crocitare melos:  
<sup>Ter. A-</sup>

<sup>fer in</sup> CUCULI ENCOMIUM. 80

<sup>Ph o r m.</sup> Quamvis iste tonô *Cuculus* aaa) cuculifet eodem,  
<sup>Act. II. Sc.</sup> Et repetat *cuccucter*, deciesve *cucuc*:  
<sup>4. (Jac.</sup>

<sup>Kokertus</sup> Non tamen est inter vox rejicienda *Volucreis*,  
<sup>facit Sc.3.)</sup> Praesertim quando secula verna virent.

<sup>v.14. Conf.</sup> Dùm *Philomela* modis modulatur mille βββ) per  
<sup>Perfii Sat.</sup> hortos:

<sup>V.v.52. seq.</sup> Unisonô tactu cuculat ille *cucuc*.

♂♂) Hanc  
<sup>Avem pri-</sup> Nuncius *Aestatis*, *Majiq;* est certus amicus,  
<sup>mam, o.</sup> Et praeco proprii nominis usq; sui.

<sup>nniû pa-</sup> Pars *Miliariam Avem*, γγγ) *Vireonem*, aut *Chlorida*  
<sup>rere, docet</sup> *amavit*, 145

<sup>Aristotel.</sup> Consensusq; *Avibus* pluribus unus erat.

<sup>Lib. 5. H.</sup> Illis praesertim, decorat quas pulcra venustas,  
<sup>A. c. 13. p.</sup> Laetificantq; homines & loca amoena colunt.  
<sup>932. num.</sup>

<sup>D. Illam</sup> A *Francis TAUBMANN*; *pratensis FLORUS* ddd) ab  
<sup>autem ae-</sup> *Anglis*;

<sup>state sua-</sup> GRAULIUS ecce volans stabat is à *Philyrà*. 150.

<sup>witer ca-</sup> CHLO-



130. Sic FLORUS : Sit grata licet *Luscinia* cantu,  
Et varios nōrit voce referre modos ;  
Judiciō nostrō sed *Chloridi* <sup>eee</sup> gloria major ,  
Aut certē non est attribuenda minor.
135. Seu formam, aut plumae cupias conferre decorem ,  
Gratior est illi nobiliorq; color.  
Sive modum, tempusq; velis spectare canendi :  
Vox minor est illi, sed magis apta canit.  
Cūm reliquae noctu *Volucres*q; hominesq; quiescunt,  
140. Indulget proprio, non hominum genio.  
At contra *Chloris* picta, ingeniosa *Volucris* ,  
Tornat (???) vel totos cantica multa dies.  
Illa brevi auditur genialis tempore *Veris* ,  
Qvō durante, canit; qvō fugiente, tacet.  
At finem statuunt *Vireoni* tempora nulla  
145. Cantandi : *rectrix* ergō sit illa *Chori*.

*nere*, pra-  
bāt Theo-  
critus *Epi-*  
*gr. IV. v. 9.*  
*seq. et Plin.*  
*Lib. x. Hist.*  
*Nat. c. 29.*  
*pag. 465.*  
*num. B.*  
*Unde & à*  
*genere suo*  
*Volucrum*  
*Magistra*  
*Chori h. l.*  
*sed fru-*  
*strā, decla-*  
*rata est.*  
*Ejus pro-*  
*prietates*  
*Versibus*  
*Jambicis*

*nervosè descripsit Phyle loc. cit. p. 146. qui legendus.*

ωω) Corvi quamvis Aves nigerrimae, illorum tamen pennas interdūm  
albescere per affectūs temporarios Aristoteles *Lib. 3. loc. cit. c. 12. p. 887. num.*  
*B. testatur, traditq; Lib. 5. de Generat. Animal. c. 6. p. 1344. eod. num. qvōd*  
*Corvus albus etiam aliquandō visus sit; sed depravatione generationis.*  
*Indè minimè dubitandum, in Angolā, Regnō quippe Inferioris Aethiopiae,*  
*ejusmodi Corvos reperi qvōq;, quemadmodūm refert O. Dapper in der Ei-*  
*gentlichen Beschreibung der Insuln in Africa; in specie verò in der Beschrei-*  
*bung des Nieder-Aethiopien p. 584. col. a. Amstelodami Ad. huj. seculi*  
*LXXI. in fol. exc. Horum vox propter aëris subtilitatem semper fit liqui-*  
*dior; cum pluvio verò atq; crasso aëre stranguletur, sicuti patet ex Virgil.*



Lib. 1. Georg. v. 410. seqq. Quoniam autem pullos suos juxta Aristotel. Lib. 6. H. A. c. 6. p. 964. num. F. simul ac volandi potestatem affecuti fuerint, nidò expellant, moxq; regione totà, amantes solitudinis quippe, illis interdiciant, fit, ut homo, qui liberos suos abdicat, aut quoquo modo domò suà eicit, Volucris hujus nomine, autore Pieriò Lib. 23. Hierogl. c. 27. p. 279. num. D. Hieroglyphicè designetur. Vid. quae infra, ad v. np. 233. diximus, & in Admirandis nostris Lib. 1. c. 10. tempore suò dicemus.

aaa Cuculus, qui Ebraeis קוקב, quem aliqui קוק interpretantur, Graecis κόκκυξ, Italis Cucculo, Cucco & Cuco, Hispanis Cuclillo, Gallis Cocou, vel Coqvu, Flandris Kofok / vel Kofuut! Anglis a Cukkouu & a Gouke; Illyricis verò Ziezgule audit, dicitur tribus Syllabis brevibus. Quapropter Horatius Lib. 1. Sat. 7. v. 32. Cucullum dixit l. Consonante duplicatà. Qualis autem haec Avis sit, tradit Pisthetaerus ap. Aristoph. in' Opúð. v. 505. seqq. & post eum Conradus Gesnerus Lib. 3. Histor. Animal. p. 348. seqq. Tiguri superiori seculò Ad. LV. in fol. reg. exc. & in Paralipom. eid. Libro adj. p. 771. ubi vera ac genuina Alitis hujus figura apparet. Leg. quoq; quae habet Neander loc. multoties alleg. p. 406. immò & Bochartus Lib. I. Part. II. Hierozoici c. 13. col. 87. seq.

βββ) Similem in modum canit Poëta noster de Philomelà, quòd modos non solum ludat, v. 58. sed eos quoq; evariet, v. 274. b. e. uti v. 152. verba haec optumè sunt expressa, varios modos voce referre nòrit. Sed ad innumeros numeros modulamina fundere attribuitur Regulo in Carm. nostrò v. 173.

γγγ) Haec Avis, Graecis κέκρυς dicta, vocatur miliaria, quòd nimirum milium vorat. A nostratium nonnullis insignitur nomine Biedewol.

δδδ) Per Florum Pratensem JOANNEM OWENUM, Anglorum Aëdona, beic intelligendum esse, facillimè observare quivis Fictorum poterit.

εεε) Quòd Chloris, à colore viridi, sive viriditate, quippe nuncupata, per Luteam, seu Luteolam, incommodè possit verti, docet Gesnerus loc. cit. p. 247. Volucrem hancce hác de causà nominaturus Viridiam, einen Grünling / b. e. Fringillam viridem, Grünfinken, sive, ut Angli pronunciant, Greenfinch. Conf. Charletoni Onomast. Zoicon p. 80. Aliis, quòd raporum  
semen



*semen edit, dicitur Kappfink; Italis verò Verdon, aut Verderro, aliis Frin-  
son, ut circa Tridentum. Sed Lusitanis Verdelham, atq; Verdeyre Sabau-  
dis est.*

???) *Id est, praeclarè, altè, modulatè, artificiosèq; cantat, (schlägt vor-  
treffliche Trillen) & quidem Metaphoricè. Tornare enim propriè idem est,  
ac tornò, b. e. instrumentò fabrili, aliquid formare.*

Consilium *Volucres* etiam fecere minores: *nnn)*

Unanimiq; sonò *Regulus* 999) eligitur.

Profiliit dumis, ramòq; reledit in altò,

170. In proprias laudes dixit & hosce sonos:

•• REGULI REGALIA. ••

Quandò silent cunctae *Volucres* sub frigore primò,

In specubusq; suis delitet omne genus,

Solus ad innumeros numeros modulamina fundo,

Voceq; multisona gaudia multa fero.

175. At, REX ut *Volucrum* possim vel jure vocari,

Ambigitis? Quamvis corpore sim minimò!

Sed reor, *Alitibus* reliquis cum durior, atqve

Temporibus brumae gaudia solus agam.

REGULUS hinc vocor; at *AQVILA* est REGINA

*Volucrum.*

180. Ergò sim vestri *Regulus* ipse Chori.

Agrestes *Volucres* vos elegistis *Alaudam*, *iii)*

Quòd caneret medià cantica multa die.

Astitit huic *Volucris Lyricae* peregrina *Cotburnix*,

Pulsans hanc illi (gutturè nempè) *Lyram*:

•• LAUS ALAUDAE ••

185. Laudibus egregiis quis te non laudet *Alauda*,

Teutonici inter *Aveis* laus celebrata soli.

Ac

*nnn)* Quòd,

Janò Gru-

terò in Bi-

blioth. Ex-

ul. sub Cõ-

silii Tit. p.

181. nobis

cum con-

sentiente;

natu gran-

diù, quàm

minorum,

consilia ac

vota ma-

gis valeāt,

omni nò

beic vide-

re est, dum

sola vox

Aquilae in

proben-

dâ Philo-

melâ ad

Chori mu-

fici Dire-

ctionem.



*longè gra- Ac inter Regum servas Insignia laudem ,*  
*vior est ac Post sacri Imperii Caesareas Aquilas.*  
*potior u- Tu melicas inter Volucris potes esse Lyrista,*  
*nanimi so- Cum Lyrici tireli tirtirelis tireli.*  
*nò atqve Est tua grata mihi lyra, cùm tiretirle lyrizas ,*  
*clangore o. Ima petens, dy dy, psallis, Alauda, dy, dy.*  
*mnium cae- Processum impediit thalami contentio longa :*  
*terarum. Alitum. Psittacus hoc aequâ non benè mente tulit.*  
*Conf. v. Pervenit ad justam tandem bona causa Columbam ,*  
*202, 212. & Explicet ut mentem, judiciumq; ferat.*  
*273. seq. Mox assurrexit Philomelae, illamqve vocavit*  
*b. l. Regu- Reginam, ac Dominam censuit esse Chori.*  
*lus sit Tro- Non contenta fuit pars, confirmetur oportet,*  
*chilus iste Dixit, quae cantûs Musica scepra regat.*  
*Niliacus, Invidiam mirabatur Jovis Ales κκκ) & inquit :*  
*de qvò sup. LUSCINIAM Momus carpere nemo potest.*  
*ad v. 76. In PHILOMELAM MELOS. ρρ*  
*Not. §. p. 13. dictû est, Psittacus exhilaret Reges, λλλ) Cygnusq; Poëtas, μμμ)*  
*cum Ge- Aëra sed capiat dulcis Alauda lyrâ.*  
*in erò loc. Mulceat Agricolas trinsandò garrula Hirundo, vvv)*  
*haët enûs Te capiatq; suis Drosta canora modis.*  
*alleg. p. 695. Alterius verò Merulae vox insonet auri;*  
*ideò nos i- Hic Sturnum reliquis praeferat Alitibus.*  
*psi sumus Alter in umbrosis extollat Acanthida dumis;*  
*dubii, qvo- Auribus at nostris det Philomela melos.*  
*niam illa Si simul hae dictae cantent unò ore Volucres,*  
*Avicula ad Illarum posset esse Magistra Chori.*  
*Gallinula- rum aqua-*

Pau-



Pauca sub haec *Philomela* refert: sum parva *Volucris*, tica ruma  
Attamen officio nolo deesse meo.

195. Unum oro; dextras quoniam *Natura* negavit,

Pro tactu ut caudam garrula *Pica* ξξξ) levet.

Assensere omnes placide! Tum *Cuculus* inquit:

Nulla ad id officium dignior esse potest.

iii) De  
hac Volu-

cri, quae κόρυς Graecis dicitur, aliquando agetur in supra dictis Admiran-  
dis AVIUM nostris Lib. I. cap. 2. Conf. interea Gesnerus loc. cit. p. 76. seqq. atq;  
Charletonus loc. persaepe quoque denomin. p. 80. seq.

195. κκκ) Per JOVIS Alitem AQUILA sine omni dubio haec est intelligenda.  
JOVEM enim, cum adolescentulum istum Phrygem, eumque in Ida pascentem,  
Ganymedem, nimium amaret, in praedictum Volucrum subito mutatum  
esse, ex Luciani Samosat. Dial. Deorum, Judicium qui inscribitur, p. 56.  
constat.

200. λλλ) Haec indicatur breviter, quibus Personis nonnullae Aves sacratae  
atque dedicatae sunt.

μμμ) Cygni cur Poëtis sacri, lippis, ut ajunt, et tonsoribus ferme no-  
tum est. Illos enim non solum cum cantu atque voluptate mori, sed et in vita  
reliqua Musicas atque canoras Aveis esse, Jo. Ludovicus de La Cerda Tom. I.  
Comm. in Virgil. Ecl. VIII. v. 55. p. 145. seq. Charletonus loc. cit. p. 97. seq.  
(ubi et ipsius cantus modum Wormiano-Bartholinianis verbis sedulo descri-  
psit, quemadmodum Aristophanes tonum quondam in Ὀπιδ. v. 771. seqq.)  
205. Cornel. à Lapide Comm. in Luc. c. II. v. 28. p. 61. col. 1. num. A. et B. Perot-  
tus Lib. I. Cornucop. Epigr. 82. ad Fidentium col. 967. lin. 8. seqq. atque Pie-  
rius Lib. 23. Hierogl. c. 1. p. 272. seq. et c. 2. p. 273. cum Veterum plurimis se-  
rio consentiunt. Inde est, quod Cygni opponantur aliis raucâ voce Ali-  
tibus, Ululis praesertim apud Virgil. Ecl. VIII. v. 55. atque Anseribus ap. eund.  
Ecl. IX. v. 36. Cygnos autem nullò modo canere, Cl. Aelianus Sophista Lib. I.  
210. Var. Hist. c. 14. p. 7. Edition. Schefferianae, Alexander Myndius apud Athe-  
naeum Lib. 9. Deipnosoph. p. 393. num. D. Casp. Barthius Lib. 6. Advers. c. 23.  
Tom. I. col. 298. Christian. Becmannus in Originib. LL. p. 777. Edition. ult.

D

Jo.



Jo. Conr. Dietericus in Antiq. Bibl. ad Pſal. L.v.X. & XI. p. 496. atq; Taubmanrus Comm. in Virgil. Culic. v. 97. p. 64. col. 1. num. B. post alios non ineptè ſtatuunt. Placet itaq; illorum nobis opinio, qv̄i ſcribunt, Cygnos hanc ob cauſam Poëtiſ dedicatos eſſe, qv̄od ſub tutelâ APOLLINIS ſint, cui Cygnus qv̄oq; omninò eſt dicatus. Conf. Petr. Gvalt. Chabotii Comment. ad Horat. Lib. II. Carm. Od. XX. v. 10. p. 229. col. b. & p. ſeq. col. a. Cauſam autem, cur videlicet Doctores Mythologici CYGNOS Apollini conſecrauerint, aperit nobis Euſtathius εις την ΑΛΦ. Ραψ. της Ιλιάδ. p. 87. lin. 12. ſeqq. hunc in modum commentans: ΚύκνⓄ τῷ Απόλλωνι, ἔ μόνον διὰ τὸ ᾠδικὸν καὶ μαντικὸν ἀφιέρωται, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ λευκὸν, ὅσπερ ἐκ τῆς λεύσειν ἤτι βλέπειν παράγειται ἕως Ἀπόλλων εἰς παραίλιⓄ. ὅθεν καὶ ΔήλιⓄ Ἰπιδεπικῶς ὀνομάζεται, ὡς δήλα καὶ Δόρατα πάντα ποιῶν, b. e. Cygnus non ſolum eſt AVIS APOLLINI conſecrata, qv̄od canora atq; futuri praefaga ſit, ſed etiam, qv̄ia candida & alba: qv̄ae vox Graeca inclinatur à verbō clarè videndi. Unde per adjunçtionem nominatur APOLLO Delius; qv̄oniam ſit autor claritatis, faciatq; clara, facilèq; conſpicua omnia. Sic Ethnicos qv̄oq; JOVEM olim ex Alite hōcce cognōſſe, ex Clement. Alexandrini Admonit. ad Gentes p. 29. lin. 2. num. A. videre eſt. Sed qv̄od Cygnus impuris & cibo negatis Avibus non ſit adſcribendus, docet Geſnerus loc. multoties alleg. p. 357.

vvv) Hirundo b. l. ideò dicitur garrula, qv̄od Avis neqv̄aqv̄am canoras ſed valdè moleſtò ſtridore qv̄odam, ita ut ineptò ſuò garritu plus tædii, qv̄àm voluptatis auditoribus afferat. Unde apud Pythagoricos Loqv̄acitatis Symbolum eſſe meruit, cūm vetant, ne qv̄is Hirundinem ſub eòdem tectò habeat, qv̄emadmodūm tradit Diogenes Laërtius in Vit. Pythagorae Lib. 8. p. 578. Edition. Caſaubon. Vid. Eraſmi Chil. II. Cent. 2. Adag. 2. p. 327. col. b.

ξξξ) Uti Hirundo modò jam eſt nuncupata garrula: ſic & Pica heic eòdem gaudet nomine, & qv̄idem ob eandem rationem ferè. Nam licet Eidem docilitas ad verba humana eximiè inſit; mille ſui generis tamen ne uni Aëdoni qv̄idem, Gruterò in Biblioth. Exul. ſub Aeftimationis Tit. p. 371. nervoſè ſcribente, par eſt. Leg. Pierii loc. nup. dict. c. 16. p. 276. num. C. Ideoq; Baccho ob loqv̄acitatem Mythologi jam pridem conſecrârunt Illam, qv̄oniam nullum ſecretum ſit, ubi regnat Ebrietas. Conf. Urfini Theol. Symbol. Symb.



Symb. CXXX. p. 153. Illam autem singulis ferè diebus, immò horis, diversam vocem emittere, narrat Aristoteles Lib. 9. H. A. c. 13. p. 1055. num. A. Tom. I. Oper. Hoc unicum admiramur, quòd Pica, instante hòc Hymenèò Festò, concionator electa sit; (vid. Carm. nostri v. 279. seqq.) cum tamen se perpetuò, Jaële in Ululae Laude p. 79. testante, Virginem esse, & hanc de causa, ut addimus, ad tam arduum sibi injunctum munus prorsus ineptam clamat. Est autem Pica, à colorum varietate qs. picta, elisò T. quib. isdam appellata, vel Caudata INDICA, de qua praesertim h. l. vel Glandaria, glandibus quòd vescitur, sic dicta, vel Marina, ANGLIS the Sea-Pie vocata, vel Brasiliensis, quae & major & minor, vel Loxia, aliò nomine, quòd rostrum habet contra omnium Avium morem, ab utrâq. parte nempe recurvum, crassum admodum & robustum, Curvirostra veniens, quemadmodum patet ex Icone Ejus, ap. Charletonum loc. cit. p. 69. reperiendâ. Sic rostrum Picae cujusdam Brasiliae majoris in Academia Leydensi ostendi quòq. affirmat Gotfr. Hegenitius in Itinerar. Hollandicò p. 110. Alioquin notandum, quòd, recensente denuò Aristotele loc. cit. Pica in arboribus ex pilis & lanâ nidum suum faciat, ovaq. circiter novem numero pariat; ea autem aliò statim, transferat, cum diligentius visum ab homine nidum sensit, uti refert Plinius Lib. 10. H. N. c. 33. p. 469. Plura de Alite hacce desiderans legat Gesneri loc. dict. p. 666. seqq. Jonston. loc. persaepe quòq. denomin. c. 28. p. 307. & Neandri Part. 1. Physicae Philosoph. p. 427.

✠ TEMPLUM IPSUM. ✠

Ad viridem ripam stabat Cythereia Myrtus, 000)

220. Haec Avibus Paphis πππ) arbor amata fuit.

Hanc sibi selegit vice templi Turba canora:

Itur ad has aedes cum Pietate sacras.

Praecessere novum Sponsum pro more Volucres,

Mulserunt aureis Alitis atq; JOVIS.

225. Grus AQVILAE dextrâ tangebatur; Falco ρρρ) sinistram;

Post longas turmas ultimus Otus σσσ) erat.

000) Myrtus h. l. dicitur

Cythereia,

quòd, approbante

Virgilio

Ecl. VII. v. 62. formosae

Veneri



ob eximi- JUNONIS Volucres τττ) Sponsam duxere pudicam,  
am pulcri- Faeminei sexus turba secuta fuit.  
tudinem,

pariter, ac Rosa inter flores, sacra, egregieq; grata est, quae ab Insula, Cytherorum contra Cretam nomine insignita, ipsa dicitur Cythera apud eund. Virgil. Lib. 1. Aeneid, v. 257. & Lib. 4. v. 128. Immo non solum Veneri, sed & illis omnibus, qui Veneri celebrandae operam strenue impendunt, eam dedicatam esse, in Evolut. Not. φφ. ad §. VI. cap. IV. Libelli nostri de Poëtar. Corona Historico-Philologici p. 141. Edition. Cygn. singulari quâdam ratione adhibita, ex aliis docuimus. Alias de hac Arbore evolvi possunt Lemnii cap. XXXIX. Explicat. Herb. Bibl. fol. 89. fac. b. Eruditi cujusd. Anonymi Lib. 2. Hierogl. eorumq; Pierianis affixor. c. XXXIV. p. 759. atq; Urfini Sect. IV. Arboret. Bibl. c. 37. §. I. p. 476.

πππ) Per Paphias Aveis COLUMBAE heic praesertim indigitantur, sic quidem dictae, quoniam VENERI, quae in urbe Papho quondam studiosè erat culta, & ob id ipsa vocitata Paphia, aequè, ac Accipiter, sunt dicatae.

εεε) Hunc Alitem, simileisq; alios Persae sic norunt instituere, ut se dimittant ferarum inter cornua, atq; inde oculos animalium rostro fodiant, & tantisper detineant, donec Venatores accurrant & irretiant, notante Jo. de Laët. Part. I. Descriptionis Persiae c. 3. p. 141.

σσσ) Haec ALES Noctuae similis est, pinnulis circiter aureis eminentibus praedita, unde nomen accepit, q. auritam dicas. Vid. Aristot. Lib. 8. H. A. c. 12. p. 1023. num. E. Tom. I. Oper. & aliquandò Admiranda AVIUM nostra, ubi praedicta Volucris Caput IX. Libri II. indubitato constituet.

τττ) Per Volucres hasce PAVONES intelligendos esse, illi norunt etiam, qui in Parnaso bicipiti somniare saltè incipiunt. Cur autem Pavo JUNONI sacer, ex aliis tradunt Car. Paschalius Lib. 10. Coronar. c. 13. p. 707. seq. Edition. Paris. atq; Pierius Lib. 24. Hierogl. c. 1. p. 284. num. A. Illum quoq; inter delicatissima Edulia à Veteribus, fortean quòd Caro Ejus non putrescere, neq; olfactum nostrum offendere perhibetur, relatum fuisse ac habitum, probat ex multis dignissimis fide Scriptoribus Jo. Gvilielm. Stukius Lib. 2. Antiqv. Convival. c. 8. fol. 170. fac. b. Et quoniam huic Avi talis orna-  
tus



tus ac habitus verè est ingenitus, ut illum quòq; pulcerrimum Naturae donum esse fateri nos oporteat, sit, ut à pulcritudine, quâ sine omni dubiò inflatus existit ac tumidus, (Conf. v. 243. Poëmat. nostri, & quæ habet Aristoteles Lib. 1. H. A. c. 1. p. 830. num. C.) etiamnum Graecis ταῦς rectissime nuncupetur. Sed quòd Pavones albi atq; Japonenses, immò Chineses etiam sine caudâ, qui iidem videntur cum Grue Balearicâ, sint reperiendi, tradit Charletonus loc. saepenumero alleg. p. 72. Sic certae & peregrinae Pavonum Speciei annumeratur & Volucris illa in Chinâ reperta, quæ apud Kircherum Part. IV. Chinae illustratae suae c. 8. p. 195. ubi & seq. p. Icon praenominatae Alitis, FUM, si Mas est; sin verò Foemina, HOAM dictae, extat, ex Poëmate quòdam Sinicò hunc in modum describitur, quòd nimirum sit Avis piissima, antè instar Rhinocerotis; retrò verò tanquam Cervus gradiens & Caudam sicut Gallus habens; pedes verò simillimos Testudini, caputq; in Draconis modum gerens, immò tandem referens coruscas alas quinq; pulcerrimum Avium. Quapropter, ni AQUILA à totò Chorò Alitum heic Sponsus declaratus esset, mallem dicere, neminem melius Sponsi vices ex votò præstare potuisse peregrinâ hæc Alite.

✠ SACERDOS. ✠

Ventum est ad Myrtum, cum Nymphus <sup>uuu</sup>) poscere Nympham

230. Coepit, sed Mystes non fuit inter Aveis.

Consilia instituunt primùm; quis munere fungi Deberet, Thalami ne impedimenta forent.

Num PHOEBI Volucris, <sup>φφφ</sup>) CORVUS? Caudata ave PCA?

An pulcer PAVO? GALLUS an esse queat?

235. Corvus, CRAS, crocitabat, ero Cras nempè Sacerdos?

Non Mystes sit, qui cogit avarus opes. xxx)

Munerapromisit Dux Psittacus aurea Gallo,

Divinus Mystes si velit esse modò.

D 3

<sup>uuu</sup>) An hæc vox ulli Claficorum olim fuerit nota & cognita, dubitat multi clasfis supremae Grammatici. Sed Nymphâ Correlatū ejo Latinis Re-quòq; fuis-



*se usitatis-* Respondit GALLUS: *Mystes certè absq; corona est: ψψψ)*  
*simam, cō-* Hanc perdam? Munus sum minùs aptus ad hoc. 240.  
*tra illorū* Nam fierem *Capus. Eunuchus vix Mysta* valebit.  
*opinionē,* An tot *Gallinas* deserere ipse velim?  
*qvi Litte-* Nescivit tumidus *Pavo* mysteria verbi,  
*raturae* Dixit: *Sacrifici munus obire q;veo.*  
*Graecani-* Pulcra corona meum caput ornat, *Psittacus* inquit: 245.  
*cae tan-* Si placet officium: ponere oportet eam. 270.  
*tummodò* Huic contrà *Pavo*: mihi quam natura coronam  
*illam con-* Imposuit, foret haec rejicienda mihi.  
*secrant,* Non faciam, dixit, caudamq; rotavit in orbem,  
*probat Pe-* Rettulit hocce: *Tibi qvì placet ista Rota?* 250.  
*nelope,* Dumq; levaret eam, *calvus* comparuit illic  
*astuta illa* *Ciccix ωωω) & Monachi* corq; , habitumq; *aaaa)* ge-  
*mulier, ap.* *Ovid. Lib.* *rens.*  
*1. Heroid.* *Epist. 1. v.*  
*27. ubi* Se se occultârat, sanctissima munia vitans:  
*pro Uxore* Quale *Sacerdotum* noverat esse decus.  
*pr aedicta* Quid consultamus, *Volucres* dixere? *Avis* illa 255.  
*vox est po-* Exercere potest talia jure sacra.  
*sita.* En calvus vertex est, quem *Germanica* pubes  
*φφφ)* Voce satis *MONACHUM* conveniente vocat.  
*Corvus in* Quem naturalem *Monachum* Natura creavit,  
*APOLLINIS* Is quoq; fungatur munere ritè sacrò. *ββββ)* 260.  
*tutelâ ideò* Quid faceret? (neq; enim voluit contrarius esse)  
*qvog; po-* E casu *Virtus* saepiùs acta, fuit.  
*nitur, sive* Quod *DEUS & Natura* solent conjungere, (dixit)  
*qvòd, B.* *Fulgentiò* *Quod DEUS & Natura* solent conjungere, (dixit)  
*Lib. 1. My-* *Foedere perpetuò mens mea nectit idem.*



240. 265. Mox Symphoniacô modulamine personat aura,  
 Ut quis praesentes diceret esse Deas.  
 Dulce Palara sonat  $\gamma\gamma\gamma\gamma$ ) Turdela; sed occinit Odas  
 Cantans os Merulae; Casta Columba  $\delta\delta\delta\delta$ ) gemit.  
 Turtur ridebat; mitilabat *Acredula*  $\epsilon\epsilon\epsilon\epsilon$ ) rostrô;  
 245. 270. Pupillat Pavo; trinitat Hirundo vaga,  
 Et Cuculi cuccuc cuculârunt arbore cuccuc;  
 Drinsabant Cygni; Grus patulô ore gruit.  
 Verùm Lusciniae vel iursum, sive deorsum  
 Evariaverunt dexteritate modos.  
 250. 275. Cantavit quaevis, ceu rostrum creverat illi:  
 In tactu dandô sedula Pica fuit.

255. diis ipsis aestivis fervoribus oviperos foetus pullulet, (Leg. Pier. Lib. 23. Hierogl. c. 33. p. 281. num. D.) sive quod in Horoscopicis Libris solus inter omnes Aveis vocum habeat significationes, vel quod ille Avium nigerrimus. Niger enim color Soli, per quem PHOEBUS appositè innuitur, hac de causâ dictus est, quoniam ejus calore humana quoque corpora fusciora, nigrioraque redduntur.

260.  $\text{XXX}$ ) Corvos enim res alienas, potissimum monetas, furtim verè subtrahere, docet nos nonnunquam Experientia. Et scribit ex Gesneri loc. cit. p. 324. B. Dn. Sperlingius Lib. 4. Part. Spec. Zool. Phys. c. 16. p. 354. Erfurtiae Corvum cicurem vicibus diversis de mensâ, in quâ pecunia fuit, nummos abstulisse ad sex florenos usque, eosque sub lapide aliquò in vicinò hortò abdidisse.

$\Psi\Psi\Psi$ ) Heic Poëta sub GALLI nomine tacitè probaturus est, PAPAM non esse Ecclesiae Patrem, vel universalem Episcopum, quod triplici Coronâ, AVARITIAE nempe, LASCIVIAE ac SUPERBIAE, excellenter sit exornatus. Cristam autem in Galeis à Gallis Gallinaceis ortam esse, testatur Thom. Bartho.

31  
 thologiae,  
 ejusque ita  
 dictae haec  
 re se o lo-  
 giae, quae  
 Basil. A.C.  
 M. D. LVI.  
 in fol. pro-  
 diit, inser-  
 tae, p. 153.  
 seq. ex ali-  
 is scriben-  
 te, solus  
 contra re-  
 rum natu-  
 râ in me-



tholinus *Lib. 2. de Luce Brutor. c. 14. p. 298. Sed cur patricida insuatur culeo cum Gallò Gallinaceo, tradit Joan. Palatius Lib. 3. ita dictae Aquilae inter Lilia c. 10. §. 26. p. 152. col. a. Venetiis ap. Jo. Jacob. Herz A. CHR. M. DC. LXXI. in fol. reg. exc.*

www) De hac Volucris nihil tradunt physici. Nos putamus, eam esse, quam Nostrates *Tzschetz-oder Tzschizerling* nuncupant.

aaaa) In exc. Autoris nostri Exemplari loco horum verborum: Corq; habitumq; gerens: forte an ob Typographi incuriam falso legitur: Cor pabitumq; gerens.

ββββ) Honorem ignem fatuum esse, fugientes sequi; prosequentes autem fugere, exemplo suo h. l. Ciccix approbat, dum sese occultando sanctissima vitans munia (v. 253.) Sacerdos ore eligitur unanimi.

γγγγ) Haec & in nonnullis Versib. seqq. Proprietates Avium quarundam ratione cantus, seu soni, eximie describuntur.

δδδδ) Quod Poeta Columbam h. l. castam nuncupet, inde fit, quoniam munda Volucris est. Ideoq; Spiritui S. hujus Avis speciem visibiliter repraesentare (Matth. III, 16.) minime fuit displicitum. Nec sine ratione, Columbam nempe Jovi ferre Ambrosiam, ab Homero Odyss. M. v. 62. fictum esse, serio opinamur. Plura de hac Ave legenda sunt ap. Aelian. Lib. 1. U. H. c. 15. p. 7. seq. Athen. Lib. 9. Deipnosoph. p. 394. seq. Henr. Flokenium in Prolegom. Theol. Cathol. Loc. III. Quaest. 10. p. 587. seq. Kircherum Tom. III. Oedip. Aegypt. Theatr. Hierogl. Syntagm. V. c. 6. §. 1. p. 291. Lorinum. Tom. II. Comm. in Psal. LIV. v. 7. p. 31. seq. Suidam Litt. cc. I. fac. b. col. 1. atq; Taubman. Comment. in Ecl. IX. Virgil. v. 13. pag. 91. col. 2. num. B.

εεεε) Qualis haec sit Avis, apud neminem Curiosorum, quorum Scripta evolvimus, extat. An sit Luscinia, uti nonnulli putant, ideo sumus dubii, quoniam τὸ Mitilare, quod Paro magis, quam Lusciniae, videtur esse proprium, h. l. Aviculae isti tribuitur.

### CONCIO.

Postquam durasset Cantus fortasse per horam, ?????

Debuit antiquo Concio more sequi.

????? (Quod  
Allegoria  
in hoc Car-  
Pica mine ubiq;



*Pica* fuit praesens, humanas <sup>nnnn</sup>) docta loquelas,  
 280. Fugerat illâ eadem *Principis* aede die.  
 Adscendit *Ramum*, quem longè extenderat arbor,  
 Aptè caeruleas ut super esset aqvas.  
 Ut pauca ex longô dicam sermone *Poëtis*,  
 Intentis *Avibus* talia dicta dedit:

285. *Ars quoniam & Natura dedit jus nobile fandi,*  
*Auribus attentis percipitote, rogo.*

*Laudibus aeternis REX noster dignus habetur,*  
*Quòd servare velit iura probata tori.*

JUPITER efficiat Te multâ prole Parentem:

290. *Te penes imperium tempus in omne fiet.*  
*Castafides adsit, quam grata Ciconia <sup>0000</sup>) servat,*  
*Cornicum in Vobis mutuus adsit amor.*

Pluribus usâ fuit verbis, quae singula velle  
 Dicere *Rhetoricè*, sat brevis hora foret.

295. *Concio* sat placuit; quia non finire volebat,  
 Displicuit. <sup>uuu</sup>) *Multis haud mora longa placet.*

Tempore completô (dederat nam signa secunda  
*Gallus*) cessandi non modus ullus erat.

Annuit adversô de ramô saepiùs illi

300. *Alterâ Pica*: nihil cauda, caputq; juvant.  
 In mediis undis antiqvâ ex arbore truncus  
 Stabat adhuc, in quâ longa *Ciconia* erat.  
 Extendit collum, longô rostrôq; prehendit  
 Caudam: flebiliter *Pica* petivit aqvas. <sup>xxxx</sup>)

E

observata  
 sit, denuò  
 nos docent  
 quidam se-  
 quentes  
 Versiculi.

nnnn)

Conf. A.  
 Persii Fl.  
 Prolog. v.  
 10. & Jo-  
 ach. Ca-  
 merarii  
*Auctarium*  
 phyl. Sapi-  
 entissimi  
 de Anima-  
 lium pro-  
 prietate  
 Libro adj.  
 p. 168.

0000) Ci-  
 conia b. l.  
 grata dici-  
 tur, quòd  
 accepti be-  
 neficii me-  
 moriam  
 perpetuò  
 quoq; reti-  
 neat sicuti

Rise-exemplis



*hoc probatum est apud Gesnerum loc. persaepe dict. p. 255. seq. atq; Neandr. Part. I. Phys. Philosophi. p. 399. Aliàs de Bestiâ bâc volatili praeter Aristotel. Lib. 9. H. A. c. 13. p. 1055. Plin. Lib. 10. H. N. c. 23. p. 461. Phyl. Vers. Jambic. p. 30. atq; Solin. Polyb. c. 43. p. 201. seq. etiam legi possunt Charletoni Onomast. Zoic. p. 102. Emblema Anniv. Acad. Altd. II. Paneg. XI. A. CHR. M. D. LXXXVII. celeb. fol. 46. seqq. Jonstoni Class. VI. Thavmatogr. Nat. c. 15. p. 291. seq. Lorini Tom. I. Comm. in Psal. IV. v. 4. p. 57. col. 1. num. H. Pierii Lib. 17. Hierogl. c. 1. p. 203. num. B. Et ex eò Svalenbergii etiam Lib. 17. Aph. Hierogl. c. 1. p. 86. seqq. necnon Sperlingii Lib. loc. ad Not. xxx. cit. c. 7. p. 320. seqq.*

*iiii) Nam insalubre est, quod modum exit, inq; fel mel sic verti potest facillimè.*

*xxxx) Servitia fidelissimè praestita rarenter excipi decentissimis praemiis, exemplo suò Pica nos heic edocet.*

*λλλλ) Quòd omne malum, sive infortunium, comite Πιχαρεκάκη quòdam, semper ad nos veniat, Anatum, garrientium quippe, libidinosarum ac Jordidarum Avium, clamor heic vehementer approbat.*

•• ACCUBITUS & TRACTATIO. ••

*μμμμ) Finitò cantu, cùm singula ritè peracta, Quòd Arbor haecce sterilis quidem, (vid. Virgil. Lib. 2. Georg. v. 70.) latis- sime tamè ramos spargens, Ad lautas epulas advolat omnis Avis. Stabat in umbriferis Platanus μμμμ) pulcerrima sylvis; Nobilior reliquis, latior atq; comis. Saepè sub hâc hilares luserunt arbore Nymphae; vvvv) In quâ multoties vos cecinistis Aves; Tot celebrata modis; à tot laudata Poëtis; Saepè sub hâc tetigit doctus Apollo ξξξξ) Lyram. Convenère omnes Platani viridante sub umbrâ, Quam circum Vatam Delphica Laurus erat,*

Au.



305. Aurea regificò splendescit mensa paratu,  
 Discubuerè 0000) hilares ordine quaeq; suo.  
 Ornatus verò primò sedet ordine SPONSUS,  
 320. Miraq; magnificò gaudia corde fovet,  
 Hortaturq; omnes epulas immittere rostris,  
 Inq; vicem *Bacchi* ππππ) dona fluentis aquae,  
 Inq; vicem, longas variis garritibus horas  
 Fallere; liberius verba, salesq;ve dare.  
 325. *Accipitres* gaudent cunctis fervire diebus,  
 Venari quicquid regia mensa cupit.  
 Quaelibet invenit *Volucris* sibi congrua fercla:  
 Formicae legit *Daulias* ova sibi.  
*Teutonicus Vates* patriò pro more lagenam  
 330. Frigidulis dederat vina tepentia aquis.  
*Psittacus* advertit, qui nuper *Principis* aulâ  
 Fugerat, à *Cygnò* dulcia dona rogat.  
 Officiosus *Olor* sitienti porrigit haustum,  
 Ebrius efficitur *Psittacus*, inde furit.  
 335. *Qui sapiens fuerat; stultorum signa gerebat, epes)*  
*Stultitiam* prodens garrulitate suâ. 0000)  
 Ut perfecta magis fierent *Convivia*: jusfit  
 Lactitias fieri *Carminè*, sive *Lyrâ*.  
 Mox inceperunt, quibus alma scientia *Cantûs*  
 340. Est data; concentus aurea lustra replent.  
 Hos ergò melicos modulos modulatur *Aëdon*,  
*Prudenter Dominum quaeq; creâsse* docet.

alioquin etiam praeteristatummodò ob umbrae usum fuerit Conviviis aptissima, prolixè refert *Stukius Lib. 2. Antiq. Convival. c. 14. f. 199. fac. b. & seq. fac. a.*

vvvv) *Oreades nempe, Napéae atq; Hamadryades. In ducunt enim Poëtae, Clemente Alexandr. loc. ad Not. μμμ. pag. 26. cit. num. d. lin.*

Am-44. seqq.



attestante, Amplas materias habet hinc homo laudis IOVAE:

in agris Ex Avibus laudum flumina magna fluunt.

quod videmus

NATURA & VARIETAS AVIUM.

Satyros, Pars volitans cantat, pendere videtur *Alauda*

(καὶ ἀγροῦ  
μὲν Σατύρος

Aëre de liquidò quando lyrizat epos.

καὶ Πάνας  
ἐνὰ τὲ τὰς

Pars inter segetes habitat; pars altera ripas

ὑλάς Νύμ-  
φας, τὰς

Quaerit: pars hortis nidificare solet.

Ὀρειάδας,

Pars & in aëreâ (τῆ) modulatur arundine carmen;

καὶ τὰς Ἄμα-  
δρυάδας, ναὶ

Pars sibi cannabeum seligit hospitium.

μὴν ἀλλὰ καὶ

At frumenta colit *Cerealia* dona *Coturnix*,

καὶ τὰ ὕ-  
δατα, καὶ

*Buccederic* resonat; *Buccederic* repetit.

καὶ τὰς πο-  
ταμῶν, καὶ

Haec docilis discit studiosè verba *Magistri*

τὰς Ναι-  
δας, καὶ

Et repetit; totâ garrit at ista die.

καὶ τὴν Ἰα-  
λαοσαν, τὰς

Per sylvas hortosq; volat *Cuculator*, & omneis

Ἰηρεΐδας )

Perlustrat nidos, cuculifante *cucuc*.

per Sylvas  
autem

Fistulat haec pulchrè; modulatur at altera dulce;

Nymphas

Pars implet cantu dulcisonante nemus.

*Oreades*

Et cunctae *Volucres* non unò tempore cantant:

*Hamadry-*  
*ades*, quin

*Naturae instinctum* quaeq; *Volucris amat*.

etiam in  
aquis &

Auribus unius placet haec; placet auribus ista

fluviis, &  
fontibus

Alterius; *Dominum* sic habet omnis *Aviis*.

Sic quoq; non omnes dapibus vescuntur iisdem:

Sic poterit reliquis una nocere minùs.

Hi *Philomelisoni* recreârunt omnia *Cantus*:

*Convivae* gaudent pectore, voce, pede.

Tunc *Arabum* surgens *Legatus* missus ab oris,

Nomine *Phoenicis*, talibus orsus erat:

Quas

370.

375.

350.

380.

355.

385.

360.

390.

364.



- Quas tibi pro tali reddam modulamine grates?  
 370. A scrobe  $\nu\nu\nu\nu$ ) conservent Diî tua membra diu!  
 Cantores omneis superas modulamine tantô.  
 Propterea *ob cantûs Laureaserta cape.*  
 Qvem tua non captum mirâ vox detinet arte?  
*Coccygis* ô numeres secula longa cucuc!  
 375. Tunc *Cuculus* cuculavit ei ter-secula centum,  
 Dein *Sponso & Sponsae* tot cuculavit idem.  
 380. Unus adhuc *Passer*  $\phi\phi\phi\phi$ ) latitaverat arboris antro,  
 Incepit pariter dinumerare dies.  
 Mirabantur *Aves*, *Passer* quâ fronde lateret,  
 Qvi occineret nimum, perstreperetq; pypy.  
 Qvi fuerat princeps *Cuculorum*, praecipit omni,  
 385. Ut cuculet *cuccuc* arbore quâq; *Cucuc.*  
 Prodidit incautus pypy sese *Passer*; at ipsi  
 Dicebat *Cuculus*: *Passer* es hic ne? pypy.  
 390. Sic sic! respondit *Passer*, sat tutus in antrô  
 Parvô. Nam *Cuculus* non penetrabat eò.  
 395. His factis *Regina Chori*, *Philomela*, creata,  
 Immortale suis nomen adepta fuit.  
 Multae inviderunt illi de gente coronâ,  
 400. Coeperunt rostris vera minusq; loqui.  
 Sedit ovans autem stationeque mansit *Aëdon*,  
 405. Cantica tornandô laude repleta Dei.

*propriè vox* Discumbere & quomodò à  $\tau\omega$  Recumbere differat, ex Stukii  
 loc. nuper ad Not.  $\mu\mu\mu\mu$ . denomin. c. 34. fol. 268. fac. a. alibi olim osten-  
 dimus.

*Najades,*  
 & in mari  
 Nereides.

$\xi\xi\xi\xi$ )

Apollo cur  
 à *POËTIS*  
 Citharam,  
 s. Lyram,  
 manibus  
 tenens in-  
 geniosè fi-  
 ctus, & po-  
 stea quoq;  
 sic pictus sit,  
 vid. Com-  
 mentatiû-  
 cula My-  
 thologico.  
 Philol. no-  
 stra ad P.  
 Virg. Mar.  
 Vitae, à  
 Mich. Bar-  
 thio descri-  
 ptæ, Vers.  
 CCLXXXII.

P. 29.

$\theta\theta\theta\theta$ ) Quid  
 significet



ππππ) Bacchus, quòd VINI inventor est habitus, per Metonym. effie. pro effectu h. l. pro ipso VINO ponitur. Unde VINA Corippo Lib. 3. de Laudib. I. A. M. v. 87. seqq. sunt

— — — — — dulcia BACCHI

Munera, quae Sarepta ferax, quae Gaza crearat,

Ascalon & laetis dederat quae Graeca colonis:

Quaeve antiqua Tyros: quae fertilis Africa mittit:

Quae Meröe, quae Memphis habet, quae candida Cypros: &c.

Aliàs de variis Graecorum VINIS vid. Aelian. Lib. 12. V. H. c. 31. p. 221. Sed quòd Vinò commodum utendum sit, docet Clemens Alexandr. Lib. 2. Paed. c. 2. p. 112. lin. 38. seqq. num. C. seq. Quoniam autem VINI calor excitat ingenium, sit, ut BACCHUS Musarum Comes audiat. Immo eidem BACCHO Venerem quoq; appositissimè hanc de causâ, quòd Vinum potest cupiditatem Veneris facillimè accendere, junctam esse, affirmat Aristoteles Sect. xxx. Problem. Quaest. 1. p. 1012. num. D. Tom. II. Oper. Apud Heinsium, Part. I. Aristarchi Sacri sui c. 1. p. 407. lin. 2. seq. vocatur lacrymosus DEUS, quoniam à Graecis luctuosa omnia illi sunt inscripta.

pepp) Sic Doctor quoq; secundum Germanorum sententiam saepenumero stultus fit, praecipuis si Scytharum, Celtarum, Thracum atq; Iberorum more se mero ingurgitaverit. Ideoq; Bacchus, quòd homines in omne crimen ducere solet, Timotheo Polo Lib. 1. Epigr. Secundor. cxxxix. non DEUS, sed Diabolus est. Ejus autem verba genuina ita se habent:

Bacchus in omne nefas & pessima crimina ducit:

Non DEUS ergò, SATAN quin imago Bacchus erit.

Cui contrarius Anglorum Poëta verè subtilis, Jo. Ovvenus, Lib. I. ad Henr. Principem Epigr. LXXII. hunc in modum canens:

Nonne vides, ut cum vos dulcis inebriat humor,

Summa quatit caput Bacchus & ima pedum,

Exaltando pedes humileis, de sede superbum,

Dejiciendo caput se probat esse Deum.

Nos autem, monente Alexandrinò loc. jam denom. p. 116. lin. 37. seqq. num. C. qui sumus genus pacificum, ad usum, non ad petulantiam & contumeliam,

(eis)



(εις δ' ἀπολαύσιν, σὺν εἰς ὕβριν) *condivantes, sobriis haustibus amicitiae ergò bibimus, ut & convenienti nomine (ἵνα τὰ ὄντο οἰκείως τῷ ὀνόματι δεχθῶσιν φιλότιτες) appellentur Amicitiae pocula.*

σσσ) Baccho enim atq; Veneri proprium est, gaudere loquelâ plurimâ; eum contrâ tacere ebrio atq; Venero homini omninò res gravisima sit.

τττ) In Editione POËTAE nostri pro in aëreâ, pessimè est videre, arūdineâ.

υυυ) Pro scrobe ibidem qvov, falsissimè qvidem, extat scorbe. Quod vitiū aeqvè, ac superius, magis Typographo, quàm Autori est adscribendum.

φφφ) Passeres (à passim, quia passim volitant, utpote Aviculae vulgares, & ubivis penè se oculis ingerentes, quibusdam dictos) esse diversissimos, contra Alexandrum Myndium, qui apud Athenaeum Lib. 9. Deipnos. p. 391. num. F. duo tantùm illorum esse genera, sylvestre nempe & domesticum, scribit, Gesnerus loc. cit. p. 624. atq; Charletonus loc. qvov, multoties dict. p. 78. seq. adhibetâ cujusvis denominatione, probant. Illorum autem foemellas quasdam adeò in libidinem proclives atq; propensas esse, ut Mares morsuunculis (quasi in aurem Veneris gaudia insufurrarent) vellicent, eosq; superfliant, ac variis artibus ad coitum invitent, Harvèus Exercit. VI. de Generat. Animal. p. 24. testatur. Unde Aenigma quoddam sub ipsius Passeris nomine ap. Nicol. Reusnerum in Aenigmatogr. p. 341. à Joanne Posthiò de eadem re bis verbis consigatum extat:

Quod feror in Venerem dulcem, lascivior aeqvò,

Mi brevior Vitae terminus indè venit.

Disce meò fatò, longum qui vivere quaeris,

In Veneris justum rebus habere modum.

Sic Passerem, pullum praesertim, usurpari qvov, in blanditiis amantium, ex Plauti Cas. Act. I. sc. 1. v. 50. Philippus Parèus in Lexic. Critic. p. 891. col. b. haud iniquè conjicit. Conf. ejusd. Plauti Asinar. Act. II. sc. 3. v. 76. & 104.

• AVIUM CHOREA. •

Pimplaeae Nymphae Taedis xxx) imponite finem,

Ne fortè excrescat fictio nostra nimis.

395. Lautâ refecerunt Avium cùm fercula ventres

Clamat Jo! quaevis ducere velle choros.

xxxx) Id est, Nuptiis, per Metonym. ap. Quâ-signi pro fi.



gnatō. *cum* Quantus amor fervet terram pulsare virentem?

*enim ad* Non inter reliquas ultima *Pica* fuit.

*Maritum* Par *Nymphum & Nympham* saltu praecessit amicō?

*Virgo pro-* Deindè secuta fuit caetera longa cohors. 400.

*direct, in-* Quaevis cum sociâ *Tiliarum* pergit ad umbram,

*genus pa-* In quarum ramis *Turba canora* canit.

*trimus,* Cum *Grue Strymonia* praelonga *Ciconia* saltat;

*matrimus-* Cum *Cygnō* junctus stridulus *Anser* ΨΨΨΨ) erat.

q; puer ex albâ *Spinâ* *Ardea* cum *Cuculō*; *Gallinam Gallus* habebat; 405.

*Facem ac-* Cum docili *Sturnō* movit *Alauda* pedem.

*centam fe-* Cum *Gavia* *Cinclus*; cum *Turture* blanda *Columba*,

*rebat, eaq;* Cumq; suo nigrō compare *Corvus* erat.

*praelucen-* Ordo fuit magnus reliquus, quem nolo profari:

*te, ad do-* *Pavones* finem constituere chori. 410.

*rum Spō-* Quorum cum caudis lepidi insedere *Trochilli*,

*si deduce-* Lusibus ecce suis exhibuere jocos.

*bat, more* Ad tempus coenae festas egere choreas,

*à priscis se-* Quas repetiverunt, quando repressa fames.

*culis tra-* Donec *Titanis* nox est invec̄ta quadrigis, 415.

*ditō, qvi-* Svaderent somnos astraq; visa polo.

*bus non ni-* Uxorem advenientem Maritus excipiebat. Quò respexisse videntur Sacerdos

*si noctu &* Jovis apud Aristoph. in Plut. Act. V. Sc. 2. v. 24. atq; Virgilius Ecl. VIII.

*in tenebris* v. 29. Vid. Athenaei Lib. 15. Deipnosoph. p. 700. num. F. Henr. Salmuthii

Not. s. Comment. ad Gvid. Pancirolli Part. I. Rer. Memorab. quae sunt

Deperditarum, Tit. LIX. p. 321. col. 1. & quos citant Dalechampius in Annot.

ad Plin. Lib. 16. H. N. c. XIII. Tom. I. p. 711. col. b. atq; Cornel. à Lapide

mm. in Cap. XIX. Apocal. v. IX. p. 283. col. 1. num. A. Sic Nuptiales HELE-

NAE Faces (Ἑλένη των γάμων πῦρ) TROJAM cremasse, Achilles Tatius Lib. 1.



Ἐξωλ. p. 29. appositissimè infit. Usi sunt Antiqui ( sicuti colligere est ex Virgil. Cir. v. 439.) & ad Nuptiales Faces PINU, fortean quòd Arbor ista secundum Paschalii Lib. 6. Coronar. c. 28. p. 444. non solum certissimum Virginitatis, s. ΠΑΡΘΕΝΙΑΣ, Symbolum sit, sed ipsam quoque Virginitatem monstrare perhibeatur. Unde & Ovidio Lib. 2. Fast. v. 25. Arbor pura dicitur, quemadmodum Virgilio loc. jam dict. pronuba. Cur autem hae Faces in Nuptiis gestatae sint, tradit praedictus Lorinus Tom. I. Commentar. in Psal. xvii. v. 29. p. 243. col. 1. num. B. Nos putamus, factum esse, ut indicaretur, vitam, quam à Majoribus acceperant, vicissim, quasi Taedas ardentis, Posteris tradendam esse. Leg. Sandaei Vit. Hum. Symb. cix. p. 261. Sed quoniam Taedarum, s. Facum, usus in Nuptiis erat, adhibebantur Eae in omnibus quoque Funeribus, hoc quidem modo, ut tenuioris fortunae homines Taedis ex cortice uterentur; acerba autem Funera ad Cereos, Facibus tamen immixtis, efferrentur, sicuti apparet ex Kirchmanni Lib. 2. de Romanor. Funerib. c. 3. p. 83. seqq.

ψψψψ) Anser dicitur stridulus, (Knarrend) ob sonum nimirum, quem auribus prorsus ingratum edit, etiamsi ob facundiam disceptare cum Corniculâ, s. Cornice, minimè vereatur. Ita enim Cornicula apud Ovvenum Lib. III. Epigr. 198.

Altera me in terris non est facundior Ales.

Cui ANSER:

Tu me plus loqueris: plus ego scribo tamen.

Caeteroquin hujus Alitis tanta olim, cum Aves nempè regnare crederentur, fuit Autoritas atq; Eminentia, ut omnes per illum, & non per hominum DEUM, saepissimè juraverint. Vid. Aristoph. Oevi. v. 22. & Contr. Rittersh. p. 347. Comment. ad Salviani Mas. lin. 7. p. 299. Tom. 1. Lib VIII. de G. D. Sic Epar anserinum exquisitissimum Cibi genus Romae (addamus) etiamnum esse, tradit Athenaeus Lib. 9. Deipnosoph. p. 384. num. C. Ideoque ANSER Juvenali Sat. V. v. 114. magnus nuncupatus est. Sed plura aliquando σὺν τῷ ΘΕΩ, in Admirandis AVIUM nostris, ubi de hoc Alite Caput IV. Libri I. descriptum erit.

F

EXCU.



www) Ut secura quies Avibus foret omnibus: illic  
Grues e- Debebant omnes invigilare Grues. www)  
nim, scri- Tunc coepit variare modos Philomelica turba  
bente Pli- (Ut Germanorum jubilet inde nemus)  
niò Lib. 10. (Ut Germanorum jubilet inde nemus) 420  
Hist. Nat. Ad Thaumantias rutilantia tempora. Deinde  
c. 23. p. 461. Est exorta dies. Fabula ita ista perit.  
excubias  
habēt no-

FINIS.

cturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno & decedens indiligentiam coarguat. Ex quo dicto intelligimus, GRUES hoc labore sustinendi lapillum, occupatas facilius pellere somnum, & cum somno victae obdormiscunt, lapsu strepituq; iterum à somno excitari ad vigilandum. Quam Diligentiam & Vigilantiam eas Natura docuit. Symbolum a. Gruis utile est omnibus hominibus, in quocumq; Vitae genere versentur, ut sese de diligentia & vigilantia, & moderando somno in omnibus operibus sui officii admoneant. Leg. Emblema Annivers. Academ. Altd. II. Panegy. X. Ai. M. D. LXXXVI. fol. 38. Si autem Aegyptii Sacerdotes volantem Gruem cum Lapillo pinxissent, Hieroglyphicum id Prudentiam significare dicebatur. Ex probatissimis enim (testante Pierio Lib. 17. Hierogl. c. 29. p. 212. num. A.) Autoribus discendum est, Grues, dum in sublime volant, lapillum ideò gestare, ut lapsu illius explorent, supra terramne, (quod ex sono intelligunt) an mare volitent, ac proinde confidendumne, an procedendum ulterius sit: quoniam Aristoteles Lib. 8. H. A. c. 12. p. 1023. num. B. haec omnia falsissima esse differit. Conf. Bocharti Lib. 1. Part. II. Hierozoici c. 11. col. 68. atq; Gasp. Schotti Lib. 9. Phys. Curios. c. 41. p. 996.

Edition. 2dae.



Se-



Sequuntur

Προσφωνήματα certissimorum Fauto-  
rum quorundam.



*Rue, finge, poli. • Jubet ingeniosa Potestas.  
Mutua Te tollent nomina, facta, salus.*

*Gene adscr. lmg.*

Philip. Müllerus, D & PP.

---

**A** *Litis Eoi* deplorat funera *Naso*,  
Atq; *Avium* in planctûs excitat omne genus.  
At *Tua PISTORIUM* comitata *CAMOENA Volucres*  
Advocat ad Regis festa hymenêa sui.  
Si tædas repetat flammâsq; *Capella* priores,  
*Hermes, HEKELIUS*, fallor an ipse foret? \*)

\*) *Allusum ad Martiani Minæi Felicis Capellæ Afri Libros IX.  
de Nuptiis Philologiae & Mercurij*

*f. Dresdæ*


Sam. Bened. Carpzovius.

---

**D** *Isticha trina petis, cape pignus amoris, Amice,*  
*Et subitò, HEKELI, consule scripta boni.*  
*Cùm faciet nidos, cùm plumis ova fovebit,*  
*Ore novò & dulces edet Alauda sonos,*  
*Ex aurò ramum monstret Tibi lapsa Columba*  
*Coelitus, optatis Te locet atq; locis.*

*Bonae scaevae causa  
scrib.*

M. Joh. Augustinus Egenolfus,  
Schol. Dresdens. Rector.






1776

B. L.

Errata potiora Typographica lubenter hunc in  
modum emendabit, ut

- p. 2. lin. 10. pro *Vestis*, *Vesteis* ponat,  
p. 4. in margine lin. 31. seq. (*Et quidem in nonnullis Exemplaribus  
modo*) pro *contiuuò cantu*, *continuo cantu* legat,  
p. 8. lin. 3. pro *designantur*, *designentur* substituatur,  
p. 12. lin. 3. pro *πινθηρα*, *πινθηρα* scribat,  
p. 17. lin. 2. pro *indigitat*, *indigitet* pingat,  
p. ead. lin. 29. pro *מרנר* ponat *מרנר*  
p. 18. lin. 7. pro *hic Volucris*, *haec Volucris* legat,  
p. 21. post *Vers.* lin. 7. pro *reperi*, *reperiri* substituatur,  
p. 25. post *Vers.* lin. 6. pro *praedictum*, *praedictam* faciat,  
p. 26. lin. 11. pro *λεῦσαι*, *λεύσαι* scribat,  
p. 29. lin. 15. pro *pulcerrimum*, *pulcerrimarum* pingat,  
p. ead. lin. 26. pro *PCA*, *PICA* efficiat,  
p. 31. post *Vers.* lin. 1. pro *oviperos*, *oviparos* substituatur,  
p. 37. lin. 22. pro *coronâ*, *coronam* legat, &  
p. 40. lin. ult. pro *Ἐλένην*, *Ἐλένης* ponat.





**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

